BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLVI
C
51
NAPOLI

Digitized by Google

L. GOTTFRIDI KOHLREIFFII,
AD AED. CATHEDR. RACEB. P. P. ET C.

CHRONOLOGIA LIPHRAT KATON ADHUC IMMOTA

ET

DENVO ILLVSTRATA,

OPPOSITAS SIBI VIDELICET MACHINAS
EVERTENS,

INTEGRITATI SCRIPTVRAE S.

VLTERIORA PRAESIDIA PARANS; ET SIC
MAGNO ITERVM NVMERO

OBSERVATIONVM VTILISSIMARVM

LOCVM FACIENS.

ACCEDIT PRAETER EMENDANDA

VIA NOVA AD INDAGANDAS ECLIPSES,

PRAESERTIM IN PRISCIS SINARVM LIBRIS
NOTATAS.



LVBECAE & LIPSIAE,
SVMTV JONAE SCHMIDII.
TYPIS RACEBVRGENSIEVS ANDR. HARTZII.
A. C. MDCCXXXII. MVNDI 6241.

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRO

Summe Reuerendo atque Excellentiſſimo,

JOANNI GOTTLOB CARPZOVIO,

SS. Theol. Doctori longe celeberrimo,

&

Eccleſiarum Lubecenſium

Superintendenti

grauiſſimo, fidiſſimo, peruigili,

S. D.

L. Gottfridus Koblreiſſius.

HOneſtiſſimos arbitror eſſe conatus, quibus qui Sacris operantur & Eccleſiis præſunt, Theologorum puritate doctrinæ, eruditione, pietate

& prudentia cæteros antecellentivm, præſertim ſi tales ipſis vicini, beneuolentiam quærunt atque amorem. Etenim non ſolum, in hac Eccleſiæ calamitate, ſumme neceſſaria eſt pia Theologorum bene animatorum conſociatio, vt late vaganti & quotidie magis invaleſcenti errorum exitialium vi eo validiora opponantur propugnacula & conjunctis omnivm viribus repellantur veritatis ac veræ pietatis hoſtium impetus: ſed & in magnæ felicitatis loco ponendum memoratorum Virorum frui conſuetudine, augeſcere eruditione, excitari cohortationibus, adjuuari conſiliis, ſuſtentari ſolatiis. Id non ignorarunt illi Euangelii præcones, quibus ante me Eccleſia Cathedralis Raceburgenſis concredita, atque ideo diligenter curarunt, vt in primis Theologis Lubecenſibus commendati eſſent atque

accepti. Primus illorum fuit M. GEORGIVS VSLERVS, de quo etiam mentionem fecit Jac. Aug. Thuanus (*), ſcribens; *Raceburgenſis quoque eccleſia ejerato Pontifice confeſſionem Auguſtanam amplexa eſt, inſtituto a Chriſtophoro Megalopolenſi epiſcopo, qui ſecundum eam publice doceret, Georgio Vſlero.* Hæc vero docuit Thuanum citatus ab ipſo Dauid Chytræus, cujus verba ſunt (**): *Raceburgenſis Eccleſia, quæ Pontificias ſuperſtitiones & abuſus hucuſque retinuerat, lucem doctrinæ Euangelii in vicinis eccleſiis principum & vrbium, Auguſtanæ Confeſſioni adhærentium, receptam ipſa quoque amplexa eſt: ac primum doctrinæ purio-*

(*) Hiſtor. Libr. 38. p. m. 775.
(**) Chron. Saxon. Libr. 21. p. 636.

ris doctorem, Georgium Vſlerum, in templo cathedrali, Chriſtophorus dux Megapolitanus duodecimo epiſcopatus ſui anno collocauit. Annus ille fuit CHRISTI 1566. ex quo Vſlerus Paſtoris in Templo jam memorato munus geſſit vſque ad A. 1597. nam hoc anno, & quidem d. 18 Dec. paralyſi tamen jam ante duos annos correptus, beata morte occubuit. Habuit patriam in terris Brunſuicenſibus, & in concionibus ſemper dialecto Saxoniæ inferioris vſus eſt. Quam carus autem atque acceptus Lubecenſibus fuerit, ex eo apparet, quod A. 1581. M. ANDREAE POVCHENIO Eccleſias epiſcopatus Raceburgenſis viſitanti, & rogatione Epiſcopi ac Capituli ad hanc operam inducto, comes additus eſt: quo tempore etiam hic lege ſancitum, vt de caſibus dubiis præcipue Superintendens

Lu-

Lubecenſis conſuleretur. A. 1590. Collegam nactus eſt M. HENRICVM BERNDES, Lubecenſem, Eccleſiæ Cathedr. Raceb. Lectorem ordinarivm & primum Diaconum, at poſt triennium ad Wiſmarienſes, ſuſcepto ibi ad Templum Mariæ Diaconi munere, abiturum, & inde poſt aliud triennium in patriam ad capeſſendam eandem in Templo Mariano functionem reuerſurum: de quo Viro plura commentatus eſt Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Lubecenſium cultor & ſcriptor Celeberrimus, CASPAR HENR. STARCKIVS (*). Sed & eodem adhuc anno 1590. Vſlero & Berndio vtriusque conſenſu adjunctus eſt M. CONRADVS SCHLVSSELBVRGIVS, Saxo, vt Diœceſeos Raceburgenſis Superintendens & conjunctarum Magapolenſium Eccleſiarum generalis

(*) Lubecæ Lutherano-Euangelicæ P. III. p. 395 ſq.

lis Inſpector, poſtea Theologiæ Doctor, Eccleſiæ Stralſundenſis in Pomerania Superintendens, ad D. Nicolai Paſtor & Gymnaſii Profeſſor. De hujus Theologi meritis exponere nihil attinet, cum ſatis in luce collocata ſint. Impendatur tamen aliqua chartæ præſentis particula ad ſeruandum Epigramma, quo concionem illivs Wiſmarienſem, vt vocant, valedictoriam (*) ornauit Collega M. Henricus Berndes:

Haud rari tractant ſacri myſteria verbi,
Eheu qui raro Biblica ſcripta legunt.
Quidam viuifici callent ſacra pharmaca verbi,
Sed vafro admiſcent tetra venena dolo.
Sunt alii verum a falſo diſcernere gnari,
At mentem occultant labra premente metu.

Ner-

(*) Prodiit Francof. ad Moen. 1591.

Neruoſe hoc libro coeleſtis CLAVIGER ARCIS
Doctrina pollens eloquioque valens,
Excitat ignauos, fallaces arguit, vrget
Quos terror, verum ne fateantur, agit.

Hæc igitur negotia ſibi data eſſe credidit Schluſſelburgius: cujus cum Pouchenio amicitiam haud vulgarem ſatis teſtantur hujus Theologi epiſtolæ, Volumini Epiſtolarum ab *Anna Vſleriana*, Schluſſelburgii vidua, editarum inſertæ (*). Nec facile hodie vſu veniunt, quæ Pouchenius in Schluſſelburgio & Vſlero noſtro habuit amicitiæ veræ Theologicæ documenta. Oriebatur ſcilicet A. 1592. inter Vſlerum & Schluſſelburgium lis & controuerſia de ſanctis motibus

(*) p. 381. 385. 389. 406.

infantum Chriſtianorum in vtero: quæ quam acerba fuerit, pluribus commemorat Pouchenius in epiſtola A. 1592. d. 19 Jul. ad Polycarpum Lyſerum data, & publicata a laudatiſſimo Starckio (*). Hic autem quid optimus Pouchenius? *Compeſcui*, inquit, *quantum potui. Monui, vt non ſinant hoc malum latius ſerpere, ſed Theologorum Megapolenſium judicio hanc diſputationem ſubjiciant: cum Epiſcopus eorum ſit Dux Megapolenſis: neſcio quid ſint facturi.* *κομάδες ἐσμὲν γὰρ, ἀκούει οὐδεὶς οὐδενός.* Sed exitus probauit, B. Pouchenium nimia tunc de litigantibus diffidentia occupatum fuiſſe. Nam admonitiones ipſius piæ ac beneuolæ tantum habuerunt pondus, vt mox omnis conticeſce-

ceſce-

(*) l. c. p. 538 ſq.

ceſceret συῤῥάξεως ſtrepitus, & Schluſſelburgius Vſleri filiam duceret in matrimonium, nuptiasque jam cum ea celebraret ſequentis Nouembris die duodecima. Anno 1597. in locum Vſleri pariter ac Schluſſelburgii ſucceſſit NICOLAVS PETRAEVS, Huſumenſis, Theologiæ Doctor, Vir ſpectatæ fidei, magnæ eruditionis, majoris prudentiæ, authoritatis maximæ, cui omnia fere commoda ſua, & conſtitutiones quam plurimas ſalutares Eccleſiæ Principatus Raceburgici debent. Js vero non ſolum, quæ ad commiſſarum ipſi Eccleſiarum incolumitatem ſpectabant, ſtudioſiſſime diligentiſſimeque curauit, ſed etiam operam dedit, vt toti orthodoxæ Eccleſiæ prodeſſet. Elucet hoc in ſequentibus verbis, quæ in quadam ipſius epiſtola, d. 25. Jul. 1616. ad JO-

JOANNEM ARNDIVM exarata leguntur: *De ſtatu Suecicarum & aliarum vicinarum Eccleſiarum & aliis proxima occaſione, DEO volente ſcribam: complecti enim pro CHRISTI gloria noſtra debet ſollicitudo ſortem totius Eccleſiæ in terra militantis; idque eo magis, quo eam vehementius a Satana infeſtari intelligimus.* Quemadmodum igitur Petræo noſtro magnum quondam cum multis Theologis fuit epiſtolarum commercium: ita non dubito, quin ad vicinos Lubecenſes creberrime commearint illius tabellarii. Præfuit vſque ad d. 6. Jan. anni 1641. quo in Cœlitum numerum aggregatus officia ſua publica reliquit HECTORI MITHOBIO, Theologiæ Doctori, & adhuc Halber-

ſta-

ſtadienſium Superintendenti Generali, Conſiliario Conſiſtoriali ac ad ædem cathedralem Paſtori. Mithobium autem, qui inſignis præcipue Catecheta fuit, Miniſterio Lubecenſi non minori concordia conjunctum fuiſſe, literæ inter hoc & illum commutatæ apud Starckium (*) haud obſcure indicant. Tandem Theologum hunc, A. 1655. d. 7. Jun. corporis cuſtodiis liberatum, anno ſequente excepit D. JOANNES FRIDERICVS KOENIG, Theologiæ Profeſſor Griphiswaldenſis, Roſtochii A. 1664. ſtatim poſt acceptos ibi Profeſſoris Theologiæ Primarii honores in Eccleſiam triumphantem translatus: cujus nomen non obliterabit longinquitas temporis, quoad *Theologiæ Poſitiuæ Acroamaticæ* ab illo adornatæ aliquod conſtituitur pretium.

(*) l. c. P. V. p. 1079 ſqq.

pretium. Eandem vero Theologiam Venerando Ordini Lubecæ Eccleſiaſtico dedicauit, multis prædicans laudibus comitatem ac humanitatem illius Ordinis ſingularem, octennio hoc, quo in amoeniſſimo & ipſis vicino loco vixerit, vbertim erga ſe demonſtratam. Poſt Kœnigium Pontificiorum artibus factum eſt, vt Eccleſia Cathedralis noſtra per ſex annos Paſtore ordinario careret, donec A. 1669. qui me proxime anteceſſit, LAVRENTIVS GVTZMER, infelici tunc admodum Eccleſiæ redderetur. Sed non neceſſe eſt plura accumulare, vt pateat, ſatis exemplorum me hic inueniſſe, quæ me ad aucupandam Theologorum Lubecenſium gratiam incitarent. Nec ſtudia mea ſemper ea in re fine exciderunt ſuo: HOHNSTEDIORVM, GOETZIORVM,

HEN-

HENSCHELIORVM, LINDENBERGIORVM, olim expertus ſum benignitatem & maximi feci favorem. At vero hodie præter Senem maxime Venerabilem, JACOBVM A MELLE, cujus vitam DEVS in plures porro producat annos ſalubres, ac tranquillos! & Virum de Eccleſia puriori æque ac orbe literato dudum meritiſſimum, JO. HENR. A SEELEN, vix mihi Lubecæ ſupereſt, cum quo mihi ſit notitia, aut cui me vt fautori ſiſtere poſſim. Itaque jam diu in optatis mihi fuit, vt Te, VIR SVMME REVERENDE, cujus plane eminentem ac ſolidam eruditionem pridem admiratus ſum, & in dies magis magisque ſuſpicio virtutes Theologicas tam egregias atque excellentes, non ſolum conueniendi, ſed Tuum quoque amorem acquirendi mihi aperiretur via. Quamobrem non in malam ac-

cipies partem, quod dedicatione hujus libelli meam in Te obſeruantiam, & quam animus Tibi meus ſit deditus, Tuique cupidus, declarare auſus ſum. Critica Tua Sacra, opere immortali, luculenter oſtendiſti, Teneque tales labores faſtidire, qualem hic ſuſcepi, neque alium facile magis idoneum eſſe ad faciendum de hujusmodi ſcriptis judicium legitimum. Beneuolus igitur ſis Judex: dum ego perpetuum Summe Reverendi Nominis Tui me exhibeo cultorem, DEVMque oro, vt vegetus & incolumis quam diutiſſime ætatem agas Eccleſiæ bono, & in omnibus coeptis Tuis cum largiſſimam percipias Spiritus Sancti gratiam, tum proſperrimo vbiuis gaudeas ſucceſſu! Scripſi Raceburgi d. 2. April. A. MDCCXXXII.

PRO-

PROOEMIVM.

Summaria.

Scaligeri querela §. 1. *Inſtituti ratio* §. 2. *Argumenta præcipua* § 3. *Excuſatio de iis, quæ videri poſſint duriuſcula* §. 4.

§. I.

PArum abeſt quin in limine hujus ſcripti verba *Joſephi Scaligeri* vſurpare poſſim, a quibus *Prolegomena in libros de Emendatione Temporum* exorſus eſt. *Perſuaſeram mihi, homines ſtudioſos aliquam nobis gratiam habituros tot rerum, quas & ſcitu dignas, & a nobis primum indicatas negare non poterant. Sed longe aliter animatos experti ſumus: atque adeo rem po-*

tius inuidioſam atque obtrectationi opportunam, quam illis gratam me ſuſcepiſſe intellexi. Denique nihil aliud quam ſignificarunt, quiduis potius ſe ignorare malle, quam a nobis aliquid diſcere. Jn quibusdam candorem, in aliis ſtudium, in omnibus ſenſum bonarum rerum deſideraui.

§. II.

Nolim tamen vel tanto Viro comparari, vel omnes, vt ille, accuſare. Nec mihi tam inopinanti accidit, quam forſan Scaligero, laborum Chronologicorum contemtus: cum pro Diuina Scripturæ Sacræ integritate, incolumitate ac fide depugnaturus facile proſpicere potuerim, hoc inſtituto tot mihi excitatum iri maleuolos, quot Verbum DEI habet inſidiatores. Quod ſi etiam veræ Chronologiæ juſtum vbique ſtatueretur pretium; vix crediderim, euen-

euentum vaticiniis Scripturæ S. fore conſentaneum, irruptionem vltimorum temporum repentinam prænunciantibus, & maxime improuiſam. Non tamen ideo bonam cauſam deſerendam, quin Aduerſariis, etiam vbi vix reſponſione digna protuliſſe dici poſſint, ſubinde reſpondendum eſſe judico, vt reſipiſcentes, quanto ſtudio & conatu inuitis beneficia ſint delata, intelligant.

§. III.

Hæc eſt ratio noui operis. A quo eo minus me abduci paſſus ſum, quod ſperaui, fore, vt ex tractatis haud parua vtilitas in ſtudia Theologica redundet. Non enim id egimus, vt Lectoris tempus pretioſum, nugis, verbis inanibus & rebus perditis perderemus; ſed potius operam dedimus, vt horæ in lectionem præſentium paginarum inſumtæ iis Obſervationibus largiſſime compenſarentur, quæ animum pium non poſſunt

non delectare & recreare. Qui noſtra hisce nimis laudari ſuſpicatus fuerit, recognoſcat Inſcriptiones Capitum, & euoluat, quæ, vt occaſio tulit, dicta ſunt de Feriis Aequinoctiorum & Neomeniarum ex noſtro annorum mundi numero accurate deducendis; de Ty Yu, nomine Sinico Noachi; de Aphæreſi in numeris Epochæ; de piſcibus 153. annum exhibitæ Aug. Confeſſionis repræſentantibus; de Annis Mundi ſecundum prophetiam Henochi; de ratione Legum Diuinarum; de Parabolis CHRISTI; de Pſeudo-Kahatho; de anno mortis Jorami, Regis Judæ; de Coloſſo Nebucadnezaris; de Mardochæo, Ahaſuero, Kedor Laomor, mulo, latentibus ſub iis, quibus nomina Μάρδος, Cyaxares, Cyomaras, Cyrus; de Xenophontis conſenſu cum Scriptura Sacra; de morte Euilmerodachi; de prædictione annorum a captiuitate Baby-

Babylonica vſque ad Alexandrum Magnum; de Demetrio Poliorcete a Jeremia præuiſo; de origine nominis Aeræ Contractuum; de volumine volante & muliere in Epha, ſymbolis doctrinæ impiæ Judaicæ; de errore Celeberr. Wokenii circa tempus commorationis Jſraëlitarum in Aegypto; de Juuenco ſecundi anni ſeptem annorum, a Gideone in holocauſtum oblato; de Sacrificio annorum; de ætate τῶν נערים & אנשים; de numero annorum ab vndecimo Hiskiæ vſque ad obſidionem Hieroſolymæ vltimam bis prædicto; de Imperio a poſteris Judæ poſt aduentum CHRISTI non ſtatim auferendo; de Rege Jareb; de medio annorum; de Meſſiæ recens nati primo in Templum aduentu tempore Aequinoctii ſecundum Jeſchajam expectando; de cultu DEI in Excelſis; de Ludouici Picques, Doctoris Sorbonici, propenſione in Lutheranos;

ranos; de Verſ. Bibl. Armena; de temporibus Diluuii. Hæc & multa alia, in quibus plus centum difficiliora Scripturæ S. loca pie, &, quod minimum de nonnullis dicere licebit, haud infeliciter explanata, ſequens commentatio exhibet. Illa autem non paruo nobis venerunt labore, ſed inter infinitas occupationes alias ærumnoſa lucubratione & aſſidua neruorum ingenii intentione parta ſunt. Nec tamen, quæ his adhibitis benigne dedit Diuina Bonitas, ſine grati animi ſignificatione accepimus. Non igitur ſint ingrati, quibus cognitio tot rerum vtiliſſimarum tam exiguo conſtat labore & ſumtu.

§. IV.

In conflictione cum Aduerſariis lenitatis ac modeſtiæ Chriſtianæ, vt opinor, me præbui ſtudioſum: plura tamen ſine veritatis diſpendio, &, vt ita dicam, vilipendio remittere non poſſe mihi viſus ſum. Proinde, ſi qua

Digitized by Google

qua duriuſcula occurrant, inquirat Lector Beneuolus, an euitari potuerint ſaluo veritatis ambitu ac momento. Sin autem, me alicubi, vt homo ſum, errorem vel culpam admiſcuiſſe deprehenſum fuerit: tunc me nemo tam experietur pertinacem, vt ſolidis rationibus conuictus illum agnoſcere & hujus veniam petere exiſtimaturus ſim moleſtum. Grauiora tamen DEVS Optimus clementer ab illis auertet, quibus firmiſſime propoſitum eſt, nunquam in tota vita ſcienter admittere, quæ Verbo Ipſius vel minimum contemtum parere poſſint.

CAPVT I.
De iniquitate Cultorum Caluini.

Summaria.

Nomen Caluiniani Caluinianis inuiſum, & ſpiritus perſecutionis Caluinianis familiaris §. 1. Caluini dogmata deteſtanda §. 2. Differentia in Caluinianis §. 3. Alphonſi Berolinenſis Ars conuerſandi & ratiocinandi §. 4. Tabularum Aſtronomicarum imperfecta fides §. 5. Emendatio erroris calculi in deductione Aequinoctiorum & Neomeniarum ex numero Annorum Mundi noſtro §. 6.

§. I.

Scriptis quidem meis Chronologicis præcipue irritati ſunt Caluiniani. Inter quos *Alphonſo Berolinenſi*, cum appellationem illam repudiaret, oppoſui honorificum nobis nomen Lutherani. Nemo enim ignorat, Reformatos, vt vocari cupiunt, nullo nomine Lutheri diſcipulos crebrius inſignire: etſi facile largiar, ipſis non eſſe propoſitum, vt eo pacto nobis aliquem impertiant honorem. Quot locis occurrunt Lutherani in Friderici Adolphi Lampe Rudimentis Theologiæ, quam vocat,

cat, Elenchticæ nuper editis (a)? Nonne ibi legitur *Tò negamus* contra *Pontificios & Lutheranos*; contra *Græcos*, *Pontificios & Lutheranos*; contra *Socinianos*, *Arminianos & Lutheranos*; contra *Jeſuitas*, *Socinianos*, *Arminianos*, *Enthuſiaſtas & Lutheranos*; contra *craſſiores Lutheranos*; contra *Lutheranos Anti-Spenerianos?* Cum igitur nobis non ſordeat nomen Lutherani vel ipſo paralleliſmo hæretico aliisque injuriis indigne profanatum, ideo quod non niſi Lutheri doctrinam, quæ ipſa CHRISTI eſt, Prophetarumque & Apoſtolorum, agnoſcimus Diuinam ac ſalutarem; jure poſtulaui, vt nec Alphonſo nomen Caluiniani ſorderet, aut is fateretur, Lutherum a Caluino tantum diſtare, quantum decus a dedecore, h. e. quantum ſanctus DEI homo ab homine hæretico. At iſte disjunctiuam meam in categoricam conuertens, me poſtulato illo calumniarum notas Caluino ab infamibus inuſtas renouaſſe perhibet, & non ſolum Jeſuitas atque vltimo ſupplicio affectos in

(a) Bremæ ap. Herm. Jægerum 1719.

ſcenam producit, vt iis dicta mihi capiam, ſed omnes quoque Proteſtantes, vnde appellatio hæc enata parum conſiderans, eorumque omnium rem agi prætendens, contra me excitare conatur (b). Quæ omnia quantopere ſpiritum perſecutionis ſæuum ac virulentum, Caluinianis dudum familiarem, ſpirent, judicent omnes ingenui.

§. II.

Equidem non ignoro, de Caluini moribus & mortis genere narrata varia ipſivs gregi publicis ſcriptis objecta eſſe: noui etiam, & hic Raceburgi in Anteceſſoribus meis numero Theologum veteranum, qui nunquam fuit incendiarius aut Papæ mercenarius, vt talia objicientes a recenſente librum Ruſchati in Bibliotheca Germanica, at quam maledice! vocantur (c), & tamen, ſe ad illa nondum ſolidam & luculentam ali-

(b) *L'interêt*, inquit, *que tous les vrais Proteſtans y doivent prendre, ne me permettent pas de regarder, avec la même indifference, cette bravade d'un Avanturier*, Biblioth. Germ. Tom. XVII. p. 52.

(c) l. c. p. 44. proxime ante Alphonſi paginas contra me ſcriptas.

aliquam refutationem editam vidiſſe, teſtatus eſt (d). Sed nunquam in animum induxi hanc camarinam mouere, qui ſemper in ea fui ſententia, de Theologis non tam ex moribus, quam ex doctrina judicandum eſſe. At bone DEVS! quam deteſtanda dogmata propoſuit, & vſque ad vitæ exitum propugnauit Caluinus? Non omnia capit pagina hæc: nec defuerunt, qui ex ipſius & ſodalium, quos habuit, ſcriptis blaſphemiarum ſtercora vel plenis plauſtris conueherent. Legatur ſaltem Libri III. Inſtitutionum Caluini Caput 23. vbi reſpondere inſtituit interrogantibus (e), *Quo jure ſuis creaturis iraſcatur Dominus, a quibus nulla ante offenſa prouocatus fuerit, nam exitio deuouere quos placuerit, tyranni magis libidini, quam legitimæ judicis ſententiæ conuenire*; item excipientibus (f): *Nonne ad eam quæ nunc pro damnationis cauſa obtenditur, corruptionem Dei ordinatione prædeſtinati ante fuerunt?*

(d) Is eſt B. Conr. Schluſſelburgius, Theologiæ Caluiniſt. Libr. II. Art. 9. p. m. 72.
(e) Fol. m. 335. a.
(f) F. 336. a.

runt? Cum ergo in ſua corruptione pereunt, nihil aliud quam pœnas luunt ejus calamitatis in quam ipſius prædeſtinatione lapſus eſt Adam; ac poſteros ſuos præcipites ſecum traxit! Annon itaque injuſtus, qui creaturis ſuis tam crudeliter illudit? Quid vero ad hæc reſpondet Caluinus? Omnia ſane eo redevnt, vt ſilentium imperet & iſta objicientes facultatem ratiocinandi, a DEO quamvis ipſo inditam, tantiſper deponere jubeat. *Jterum*, inquit (g), *quæro, Vnde factum eſt vt tot gentes vna cum liberis eorum infantibus æternæ morti inuolueret lapſus Adæ absque remedio, niſi quia Deo ita viſum eſt? Hic obmuteſcere oportet tam dicaces alioqui linguas. Decretum quidem horribile, fateor: inficiari tamen nemo poterit quin præſciuerit Deus quem exitum eſſet habiturus homo antequam ipſum conderet, & ideo præſciuerit quia decreto ſuo ſic ordinarat. Nec abſurdum videri debet quod dico, Deum non modo primi hominis caſum, & in eo poſterorum ruinam præuidiſſe: ſed arbitrio quoque ſuo diſpenſaſſe.* O! qui ita de DEO noſtro ter Optimo, Maximo,

(g) F. 337.

mo, qui ita de Patre noſtro cœleſti omnivm longe amantiſſimo, dulciſſimo, ſanctiſſimo, ſentiunt, docent, ſcribunt, carcinomata ſunt, non DEI liberi. Abſit igitur in æternum, vt vel illos, vel illorum laudatores, fratrum, aut eorum loco habeamus, de quibus Rom. XIV, 5. 10. loquitur Apoſtolus. Seruator etiam dulciſſimus nobis non tantum reliquit exempla manſuetudinis, ſed & piæ ad violationem honoris Diuini indignationis, Matth. XXIII, 32. 33.

§. III.

Non tamen Caluini mentem omnibus æque Caluinianis tribuimus; id quod etiam ex verbis meis (h) facile intelligitur: *Certum eſt, ſpiritu Caluiniſmi PRAE ALIIS agitari, qui in Scripturam S. eadem, vt in ſcriptores profanos, vel etiam majori audacia ſtilum ſtringunt Criticum, ac miracula Scripturæ S. vel negant vel extenuant.* Quis non videt, propoſitione hac contineri confeſſionem, non omnes Caluinianos adeo ſpiritu Cal-

(h) Defenſ. reſtit. antiqu. temporum p. 178.

Caluiniſmi agitari, non omnes ea audacia vti, non omnes miracula Scripturæ S. ita negare vel extenuare. Imo ne de peſſimis quidem ſcripſi, omnia illos Scripturæ S. miracula in dubium vocare. Num Indefinita Logicis eadem ſemper eſt, quæ Vniverſalis?

§. IV.

Sed Alphonſus propriam ac ſuam exercet Logicam, ſecundum quam ex iſtis verbis concludit, me Reformatis generatim negationem & extenuationem miraculorum Scripturæ S. imputare. Vbi hic ſiue candor, ſiue judicium? Propriam quoque & ſuam exercet pietatem, ſecundum quam ob verba illa pœnitentiam mihi præſcribit Simonis Magi (i). Si hæc eſt ars illa converſandi & ratiocinandi, qua inſtructos vult Alphonſus reſponſo ſuo dignandos (k), vehementer gaudeo, me ex illorum nume-

(i) p. 51.

(k) Nam hæc ſunt ipſius verba p. 46. *Accoutumé que je ſuis, d'avoir commerce avec des gens qui ſavent vivre, & raiſonner.*

numero eſſe ejectum. Eadem arte diſſimulat, quæ ad excuſationem, quod ſolus Bayerus Origenis ſententiam laudauerit, reſpondi (l). Nec eandem ſententiam ei tribuens, qui Bayeri librum in Actis Eruditorum Lipſienſibus recenſuit, magnam in interpretando peritiam oſtendit. Ita enim ille (m): *Ipſe potius*, Bayerus ſcil. *cum Hiſtoriæ S. & aliis rationibus magis conveniat dicere, quod Origenes pridem aſſeruit, hanc eclipſin ſaltem per regionem integram Hieroſolymæ vicinam ſpectatam fuiſſe, eamque vel ex vaporibus aërisque obnubilatione reliquas prodigioſas terræ ejus ſuccuſſiones præcedente, vel alia tempeſtate ortam, verborum Sinicorum non alium ſcopum eſſe judicat, quam narrationem eclipſationis alicujus Solis ordinariæ.* Hic vero ſtili relatiui prorſus oportet eſſe ignarum, qui ea, quæ Conjunctione cauſali *cum* reguntur, non Bayeri, ſed recenſentis eſſe dixerit.

§. V.

(l) Def. p. 187. §. 6. i. f.
(m) A. 1719. p. 208.

§. V.

Alia acris judicii Alphonſus dat ſpecimina, cum Chronologiæ noſtræ, vulgares calculos plus quingentis annis ſuperanti, ideo male antiquitatem temporis adſcribi judicat, quod Pezronus longe majoris antiquitatis defenſionem ſuſceperit; & cum deinde, me, quem vocat Neophytum in Chronologia, hæc ſtudia illotis manibus amplexum eſſe, diſſenſu quodam cum Tabulis Aſtronomicis, & errore calculi, qui, neſcio quo caſu, citra dubium tamen nimis occupato impoſuit, probare ſuſtinet. Me Mundum conditum ait (n) ſtatuere anno Periodi Jul. 204. tempore Aequinoctii autumnalis & Neomeniæ concurrente cum feria prima: at ſecundum Tabulas Aſtronomicas Aequinoctium illo anno incidiſſe in diem 28. Octobr. qui fuerit feria 3., proximamque Neomeniam in diem 7. Novembr. qui fuerit feria 6. Verum enimuero rerum Mathematicarum ſtudioſis talia objicere, non eſt Alphonſinum.

(n) p. 48.

num. Scire enim Alphonſus debuiſſet, quantum ſit pretium Calendarii Juliani, etiam emendati, quando ad tot millia annorum ante originem ſuam ſatis imprudenter retrahitur. Scire debuiſſet, nullas adhuc conditas eſſe Tabulas Aſtronomicas, cui in tanto temporis ſpacio fides tuto haberi poſſit. Scire debuiſſet, ſi quid certi eſt in Tabulis ejusmodi Aſtronomicis, id in primis pendere ab explorata accuratiſſime Anni Solaris & Menſis Synodici quantitate. Quantis autem quantitas ea adhuc laboret difficultatibus & dubiis, Alphonſus ex illis diſcere poterit, quæ Geometra Holſatiæ Celeberrimus, Fridericus Kohſſen, Bibliothecæ Germanicæ (o) inſeri curauit. *Toutes ces Periodes*, inquit (p), *ſuppoſent de même une grandeur d'année preciſe & il n'y en a aucune, dont on puiſſe être fort ſûr.* Et poſt pauca (q): *Il eſt difficile de determiner l'année moyenne Tropique ou Aſtronomique avec preciſion: il n'eſt pas facile même d'y évi-*

B

(o) Tom. XVI. p. 162. ſeqq.
(p) §. 8.
(q) §. 9.

éviter avec aſſûrance une faute de 12.ſecondes. Toujours il eſt conſtant, que la grandeur en eſt au moins de 365 jours 5 h. 48 m. & tout au plus 365 jours 5 h. 50 m. Itaque differentia maximæ & minimæ quantitatis anni duobus conſtat minutis, quæ in 6232. annis 8. dies, 15. hor. 44. min. pariunt.

§. VI.

Quod errorem calculi inter ſexcentas alias operationes Arithmeticas admiſſum ita exaggerare voluit Alphonſus, vt nulla condonationis ſpes ſit, agnoſco humanitatem ipſius; & facile paria paribus referre poſſem, ſi errorem perſtringere vellem, quo H. in Miniſtrum Verbi Hamburgenſem, meque in ejus Collegam conuertit (r). Nonne, eadem vſus, qua me impetit, argumentandi ratione, hinc colligere poſſem, eum tam oſcitanter in libris legendis verſari, vt jam in prima illorum pagina ejus deficiat attentio? Quod tamen ipſe dictum calculi errorem dudum deprehenderim,

(r) p. 64.

derim, haud vno loco a me promiſſa (s) Alphonſum docere potuiſſent. Tantum quoque abeſt, vt Chronologia noſtra ex hoc errore aliquid detrimenti accipiat, vt emendationi anſam dederit, ex qua commoda ac ornamenta plurima ad eam redundare mihi perſuaſum eſt. Aequinoctium autumnale Anni 1723. qui eſt Mundi 6232. Noribergæ adfuit poſt diem 22. Sept. 23 hor. 37 min. fer. 5., & proxima Neomenia poſt diem 28. Sept. 16 hor. 37 min., facto ab hora 6. pomer. numerandi dies initio, ita vt differentia temporis Aequinoctii & Neomeniæ ſit 5 d. 17 h. Jam ſit quantitas media Anni Solaris 31556908 ſec. & Menſis Synodici 2551449 ſec. Sic 6232 anni = 196662650656 ſec. = 325169 hebd. 5 d. 2h. 4m. 16 ſec. = 77078 menſibus ſynod. minus 5 d. 15 h. 13 m. 35 ſ. Porro cum ex quantitate illa Menſis Synodici emergant in quantitatem Menſis Periodici 2360590 ſec., anni autem 6232. per

 hanc

(s) Vid. Neue Zeitungen von gelehrten Sachen, Leipz. A. 1727. p. 397. & Defenſ. R. A. T. p. 158. ſ. 4. it. p. 191 ſeq. §. 8. in f.

hanc quantitatem diuiſi reddant 83310 periodos, 9 ſigna Zod. 19 gr. 25 min.; patet Anno 1723. lunam tempore Aequinoctii autumn. occupaſſe vltimam partem ſigni decimi, ſiue Cancri: cujus rei veritatem quilibet ex Calendariis perſpicit. Et ne quis prouerbium obuertat, vnam hirundinem non facere ver: eligamus annum alium, & examinemus e. g. A. C. 1639. vt Mundi 6148. quo Aequinoctium Noribergæ euenit poſt diem 22 Sept. 17 h. 13 m. fer. 6. & Neomenia proxima poſt d. 26 Sept. 9 h. 52 m. vt diff. ſit 3 d. 16 h. 39 m. Illi vero 6148 anni = 194011870384 ſec. = 320786 hebd. 5 d. 18 h. 13 m. 4 ſ. = 76039 menſ. ſyn. minus 3 d. 14 h. 32 m. 56 ſ. Quam appropinquationem ad tempus in Calendariis notatum rerum harum intelligentes vlteriore conſideratione non pronunciabunt indignam.

CA-

CAPVT II.

De veſtigiis præclaris Hiſtoriæ S. in Monumentis Sinicis.

Summaria.

Feria mortis CHRISTI eruta ex anno Mundi noſtro & Annalibus Sinicis §. 1. Tenebræ diei emortualis CHRISTI a Sinenſibus obſeruatæ §. 2. Diſperſio variarum quiſquiliarum Alphonſi, & ſtantes hic a noſtris partibus. §. 3. Injuria Menzelio facta. Hiſtoriæ Fohi & Niukua, Xinnum & Limquei, cum Hiſtoria Adami & Euæ, Caini & Lamechi, conſpiratio. Totidem nobis a Mundo condito vſque ad Hoangtium anni, quot olim Sinenſibus, §. 4. Authoritas libri Siao Vl Hio §. 5. Ty Yu Sinenſium, Noachus; & Hoam Ty, Chamus §. 6.

§. I.

Vt vero vtilitas noui calculi in Chronologicis quodammodo appareat, liceat illum adhibere ad Annum Mortis CHRISTI, quem ſtatuimus Mundi 4541. Anni nimirum 4541 = 143299919228 ſec. elapſis vſque ad ingreſſum Solis in ſignum Libræ. At mora Solis in ſignis vernalibus 93 d. 36 m. & in æſtiuis 93 d. 12 h. 12 m. juxta Ricciolum (t); porro in ſigno Piſcium circiter

(t) Vid. Wolf. Elem. Aſtron. §. 609.

citer 30 d. 30 m. & in poſteriori dimidio Aquarii circiter 14 d. 19 h. 30 m. Hæ quatuor moræ efficiunt 231 d † 8 h † 48 m = 19990080 ſec. quæ ſubtracta e 143299910146 ſec. relinquunt 143279929148 ſec. vſque ad Solem in 15 gr. Aquarii incl. diuiſa per 2551449 ſec. = 56156 Menſ. ſynod. † 759104 ſec. Cum igitur Sinenſibus initium anni præbeat Neomenia Soli in 15. gr. Aquarii conſtituto proxima, ſubtractis hisce 759104 ſec. vltimus dies anni Sin. A. M. 4541. finietur cum 143279170044 ſec. a Mundo condito. Ergo primus Menſis Sinenſium eo anno idem fuit, qui Hebræorum Schebhat: & tertius, qui Hebræorum Niſan; ad cujus diem 15. vt Mortis CHRISTI, obtinendum, ſecundis vltimæ diei anni Sinenſium addendi duo Menſes Synodici & dimidius, h. e. 2551449 ſec. bis ſumta, & 1275724. Sic ad Paſchatis Judaici A. 4541. feriam primam incluſam prodeunt a Mundo condito 143285548666 ſec. = 236913 hebd. 6 d. 13 h. 17 m. 46 ſec. Itaque illo anno Feria 1. Paſch. Judaici incidit in Feriam 6. hebdomadis & menſem

terti-

tertium Sinenſium dimidiatum. Hic eſt A. C. 32. At A. C. 30. qui eſt Mundi 4539. vſque ad Aequinoctium autumnale effluxerunt 14323680541 2 ſec. vnde demtis vſque ad Solem in gradu 15. Aquarii 19990080 ſec. reſtant 143216815332 ſec. = 56131 Menſ. ſyn. † 1431513. Ergo nouus Sinenſium annus hoc anno initium capit poſt Solem in gradu 15. Aquarii, dabitque addito complemento Menſis Synodici = 1119936 ſec. dies vltimus anni Sinici 143217935268 ſec. a Mundo condito. Adde nouem menſes Synod. = 22963041 ſec. ſic habebis 143240898309 ſec. Quæ ſi ſubtrahantur ex 143285548666 ſec. feriæ 1. Paſch. A. 4541. relinquuntur 44650357 ſec = 516 d. 18 h. 52 m. 37 ſec. = 8 Cyclis Sexag. & 37 diebus. Si igitur vltimus Menſis noni Sin. A. C. 30. fuit Pingh-Yin ſ. 3. Cycli Sexagenarii: dies Paſchatis A. C. 32. erit Quei-Mao. Rurſus A. C. 31. ſ. Mundi 4540 = 143268362320 ſec. poſt ſubtracta vſque ad Solem in gr. 15. Aquarii 19990080 ſec. relinquit 143248372240 ſec. = 56143 Menſ. Synod. † 2371033 ſec. Adde igitur

B 4 relicto

relicto complementum menſis = 180416. & habebis pro vltimo die Anni Sinici 143248552656 ſec. Quibus ſi adjeceris tres menſes noui anni = 7654347 ſec. ſumma erit 143256207003 ſec. Hinc ſubtrahatur vltimus menſis noni dies in anno præcedente = 143240898309 ſec. & reſiduum 15308694 ſec. efficiet 177 d. 4 h. 24 m. 54 ſec. = 2 Cyclis Sexag. & 57 diebus. Si igitur vltimus Menſis noni Sin. A. C. 30. fuit Pingh-Yin: vltimus Menſis tertii in anno ſequente erit quidem Quei-Hai; at dies ille non eſt Feria 5. vt vult Alphonſus, ſed 3. nam 143256207003 ſec. = 236865 hebd. 2 d. 22 h. 50 m. 3 ſec.

§. II.

Hæc nos deducunt ad tenebras tempore Mortis CHRISTI in totum terrarum orbem immiſſas, illarumque apud Sinenſes monumenta. Circa ea ſeptem ſic dictos Articulos Alphonſus nobis propoſuit probandos (v): qui, etſi Defenſione mea (x) aperte profligati ſunt, ab ipſo tamen tanti æſti-

(v) Biblioth. Germ. Tom. XIV. p. 141.
(x) §. 8 ſeqq.

æſtimantur, vt (y) denuo ad illos, & quidem ſatis arroganter, prouocet. Accedant igitur aliquanto propius, vt, quid ſolidi iis ſubſit, appareat. Duo nimirum priores, vt probem, tenebras anno ſeptimo Quangvuti in Annalibus adſcriptas, fuiſſe trium horarum, & obſeruatas eſſe in terra Sinica, cum numerarentur Hieroſolymis horæ pomeridianæ; poſtulatum valde iniquum continent, cum Alphonſus durationem Eclipſeos ſuæ, & quam occupauerit diei partem ex Annalibus non probauerit, nec ſilentium de quibusdam circumſtantiis rem ipſam labefactare queat. Dudum tamen illi Articulo dictis Scripturæ S. & teſtimoniis Veterum ſatisfactum eſt. Jam quod ad Art. 3. 4. & 5. attinet: tenebras illas incidiſſe in Feriam ſextam, tempus plenilunii, mediamque Menſis primi Judaici partem, calculi modo producti manifeſtum reddunt; quamuis & hic Alphonſo, vt Opponenti, incubuiſſet prius probatio contrarii. Articulus deinde ſextus, vt probem, Paſcha tunc celebratum eſſe d. 10. Maji, jure dicitur abſurdus, nam idem hoc

(y) B. G. Tom. XVII. p. 72.

valet, ac ſi ſcripſiſſet Alphonſus, demonſtrandum a me eſſe, quod tenebræ, quas ſtatuo ſupranaturales, fuerint naturales. Tandem Articulum ſeptimum, vt probem, decimum Maji A. C. 31. non fuiſſe vltimum Cycli dierum ſexagenarii, nihil ad rem facere, certum eſt. Nam fac, me propoſitionem illam, multis licet preſſam adhuc difficultatibus, impugnare nolle: non tamen hac ratione efficitur, Eclipſin illius diei eſſe eam, quæ Annalibus notata eſt. Diſtinguendum eſt Quei-hai ſimplex a Quei-hai-hoei, quod ipſa vocis proprietate Cyclum prodit a Neomenia incipientem, nec tamen menſis finem ſignificare poteſt, vt verbis Chronologiæ noſtræ (z) euictum dedimus: *Quid opus erat vltimum hic diem menſis Annalibus inſerere, cum eclipſes ſolares nunquam niſi vltimo menſis lunaris die obſervatæ eſſent?* Diſtinguendus quoque eſt annus Regni ab anno Ciuili, vt verba Defenſionis (a) oſtendunt, ſic quidem legenda: *Septimum ſpeciatim Quangvuti annum in Analibus*

(z) p. 224.
(a) p. 190 ſeq.

nalibus Sinicis ab initio non anni Ciuilis ſed Regni numerari, clare indicat addita vox TSCHVN, quae ver ſignificat. Vox ſcilicet illa plane inutilis eſſet & ſuperuacanea, ſi annus intelligeretur Ciuilis, cum nemini occultum fuerit, tertium ejus menſem adhuc eſſe vernum. Quangvutium autem anno 22. Cycli nondum Imperatorem fuiſſe, ſatis docet Hiſtoria. Haec alto Alphonſus praeterit ſilentio, etiam vbi incuſationes illas contra me profert, quarum probationem ſe ideo omittere ait, quod eam ſuſcipere ſit perdere oleum & operam (b).

§. III.

Quamuis autem omiſſa haec probatio plus olei ac operae requireret, quam ſi ego oſtendere vellem, Alphonſum ignorare, 1ᵒ Noli me tangere eſſe nomen herbae; ignorare, quid ſit Dilemma; ignorare differentiam inter probabilia & apodictica; ignorare, quorum ignorantiam mihi tribuit: ob eandem tamen cauſam, & ne oleum addam camino, hoc labore lubens ſuperſedeo. Nec

(b) B. G. T. XVII. p. 74.

Nec operæ pretium eſt omnes Alphonſi quiſquilias excutere; e. g. quando non quod pueri in faba ſe inueniſſe in hisce putat, quod ſcriptum Latinum, cujus argumenta præcipua jam ex Bibliotheca Germanica cognoueram, non eadem, qua hanc, diligentia legerim; quod Mulleri ſententiam ex Actis Erud. Lipſ. repræſentauerim, indicio licet rei in calce paginæ facto; quod ad exprobratum mihi librorum de rebus Sinenſibus defectum nihil reſponderim: nam non tam emunctæ naris fuit Alphonſus, vt, quæ tecte ipſi paſſim a me repoſita ſunt, olfaceret. Nec Bibliotheca ipſius Sinica, tot rariſſimis libris referta, efficere potuit, vt eo ipſo loco, vbi theſauros hosce promit (c), caueret ſibi a confuſione *Alphabeticæ Recenſionis*, quam Andr. Mullerus ad Marci Pauli Veneti libros de Regionibus Orientalibus attexuit, & *de Sinarum magnæque Tatariæ rebus Commentationis Alphabeticæ*, quam idem Mullerus vna cum Imperii Sinenſis Nomenclatore Geographico ac Baſilico Sinenſi ad Abdallæ Bei-

(c) B. G. T. XIV. p. 131.

Beidavæi Hiſtoriam Chataicam, Berolini Perſice editam, adjunxit. Interim optandum videtur, vt exemplar haberemus Annalium cum aliis exemplaribus collatum, vtque ea, quæ ad Quanvutium pertinent, in notiorem linguam fideliter inde translata legere liceret; imo vt aliorum quoque librorum veterum, quibus Sinenſes gaudent, major nobis contingeret notitia. Nam ſic forſan, quæ Hadr. Greſlonius, Joh. Dom. Gabiani, Philipp. Couplet, aliique, qui a noſtris ſtant partibus, de tenebris illis tradiderunt, inſignem acceptura eſſent lucem.

§. IV.

Sed ad illam controuerſiam male detorquet Alphonſus, quæ de objecto nobis tantummodo in Mentzelium amore commemorauimus. Nam cohærentia verborum meorum clariſſime docet, hæc non niſi ad annorum Mundi in Chronologia noſtra cum annorum Sinenſium numeris conſenſum ſpectare. Quam indigna autem patiatur Mentzelius, facile hinc colligi poteſt, quod manifeſta ſiue amanuenſis ſiue typogra-

pographi errata ipſi luenda tribuuntur (d), isque, addito nullo, nedum ſolido argumento, fraudis arguitur, dum, quæ ex libro Siao VI Hio profert, vt ex ipſo, quem vocant, Originali hauſta exhibet (e). Siſtit Mentzelius ipſas libri paginas, Characteribus ſuis Sinicis in tabulas ligneas inciſis expreſſas, & inſcriptio alterius tabulæ, æque ac verborum in ea ſeries, aperit, eam recenſione imperantium a Fohi vſque ad Hoam Ty excluſum conſtare. Fohium e matre, (ſcil. humo,) virtute ingentis illius veſtigii (a DEO, vt ornaretur homo imagine Diuina,) in arenam impreſſi absque patre natum memorant Sinæ teſte Martinio (f). Magnis is virtutibus eluxit, cœleſtium juxta humanarumque rerum curam exacte habuit. Sapientiæ autem ſuæ, ſiue cognitionis boni & mali, principia in draconis e lacu prodeuntis, nempe ſerpentis Paradiſiaci, dorſo ſe obſeruaſſe ajebat. Viros a feminis cultu diſtinxit, & conjugia

(d) B. G. l. c. p. 135.
(e) B. G. T. XVII. p. 71.
(f) Sin. Hiſt. p. 11 ſeq.

gia inſtituit, (vt primus maritus,) magna propinquitatis reuerentia. Quis hic nihil de Adamo ſuſpicetur, totius Mundi, & ſic terrarum quoque Sinicarum Monarcha? At fœminam Niu-Kua temporum 7ō Fo-Hi æqualem, hujusque agnatam proximam fuiſſe, confirmat teſtimonium Lexici Csu Guei a Mentzelio productum: Hoe Hiun Fo Hi Chi Moei, i. e. *Quidam narrant, eam fuiſſe ſororem Fohi.* Ipſo quoque nominis apud Sinenſes ſignificatu planum facit Mentzelius, ſub Niu-Kua latere Euam (g). Itaque anni 1475. Fohio & Familiæ Niukua in libro Siao VI Hio attributi haud immerito a Mundo condito numerantur. Xin-Num porro, cujus nomen familiæ Niukua proxime jungitur, eſſe Cainum, & Lim-Quei Lamechum, Caini filium, ſententia etiam eſt Caſparis Abelii, Authoribus Bibliothecæ Germ. digna viſa, quæ in Commentariis ipſorum legeretur (h). Quippe Xin & Kain idem fere conſtituunt nomen. Xin-Num inuentor agriculturæ, quemadmodum

(g) Chineſ. Chronol. p. 18 ſeq.
(h) Tom. IV. p. 206.

modum & Cain primus agricola, Gen. IV, 2. Xin-Num venenatas herbas ſeptem ſine noxa deglutiit (i): quemadmodum Cain homicidium, ſeptem licet homicidiis æquiparandum, impune tulit, & ſepties intentatam mortem Diuino interdicto tutus effugit, Gen. IV, 15. Non contrarii ſunt ejusmodi interpretationibns Jeſuvitæ rerum Sinenſium periti. Nam Philippus Couplet (k) non ſolum fatetur, Europæis datum eſſe, in fabuloſis, quæ videntur, Sinenſium narrationibus vetuſtas perſpicere veritates translucentes; ſed & ſe eo confidentius id affirmare ait, quod omnes propemodum fabulæ ex veris trahant originem. Annos autem Xinnungi ideo a ſerie Chronologica duximus alienos, quod Familiam Niu-Kua non excipit Xin-Num, vt Ἰὸν Ty-Lim-Quei excipit Ty-Chim, Ty-Chim Ty-Mim &c. ſed Xin-Num Xi, h. e. Xinnungi FAMILIA, ita vt Ty-Lim-Quei mox dicatur Xin-Num Csu, Xinnungi FILIVS.

(i) Vid. Andr. Mulleri Baſilicon Sinenſe p. 7.
(k) Vide verba ejus a Mentzelio in ſermonem Germanicum verſa l. c. Præf. p. 4.

LIVS. Sex igitur Reges ſequentes manifeſte ſunt Xin-Num Xi. Et licet alii ſeptimum addant: liber tamen Siao VI Hio hunc non fruſtra omittit, ſed vt indicet, eundem annum fuiſſe ipſi & Hoangtio primum regni, & hanc ob cauſam eum non poſſe illis, qui Hoangtium anteceſſerunt, annumerari. Annos vero reliquorum Regum Familiæ Xinnum annis Fohii & Familiæ Niu-Kua additos totidem efficere annos, quot Chronologia noſtra, duce S. Scriptura, a Mundo condito vſque ad Hoangtium conſpiciendos præbet, non eſt certe res tam levis momenti, quam Alphonſus putat.

§. V

At Catechiſmus tantum eſt, inquit (1), quo nituntur illa, libellus, ad recreandos infantes compoſitus. Quaſi vero Catecheſes eum in finem ſcribantur, vt ſint crepundia. Nouimus Catechiſmos librorum Symbolicorum loco habitos: &

 ſane

(1) B. G. T. XVII. p. 67.

ſane librum illum Sinicum haud procul ab illo honore inter ſuæ gentis homines abeſſe, ipſisque ideo Annalibus quadantenus eſſe præferendum, vere videor poſſe contendere. Dicitur Siao VI Hio, h. e. *Paruulorum Doctrina*, & in Libris ſex Sinenſium Claſſicis, a P. Franc. Noël editis, ſextum occupat locum: imo in illorum extat numero, qui tanto ſunt in pretio apud Sinenſes, vt omnes pueri literis dediti eos memoria teneant, & qui ad obtinendum Baccalaurei gradum ſe examini ſubjiciunt, materiam componendarum orationum inde accipiant. Conſcriptus autem eſt hic liber a Doctore *Chubi*, ſub imperio Familiæ *Sum*, ſeculo poſt CHRISTVM natum quinto. Quæ me partim Mentzelius (m), partim Acta Erud. Lipſienſia (n) docuerunt. Itaque ſatis patet, librum Siao VI Hio haud exiguæ eſſe authoritatis. Nec ipſi propterea deroganda eſt fides, quod ſcriptores nonnulli Fohium CHRISTO nato longe pro-

(m) l. c. Præf. p. 6.
(n) A. 1711. p. 285 ſeq. & A. 1712. p. 123.

propiorem, & inter Xinnungum atque Hoangtium neminem intermedium ſtatuunt. Nam & Abdalla, Author Hiſtoriæ Chataicæ, ſeptem numerat intermedios, atque ex illo Mullerus (o). Ipſi quoque Mullero Fohius circa tempora Henochi floruiſſe videtur (p).

§. VI.

Cæterum Trigautius (q) ex Matthæi Riccii (r) Commentariis ſequentia memoriæ prodidit: *Eſt apud eos in more ab omni memoria poſitum, vt quoties imperandi jus ex vna familia in aliam pro humanarum rerum viciſſitudine tranſit, ipſum quoque regnum nouo nomine ab eo, qui regnare occipit, inſigniatur, quod qui facit ſpecioſum aliquem regno titulum pro arbitratu imponit. Ita*

 olim

(o) Baſil. Sin. p. 6.

(p) Hebd. Obſeruat. de rebus Sinicis p. 24.

(q) de Chriſtiana expeditione apud Sinas Libr. I. Cap. 2. p. 4.

(r) Huius viri ſingularem ardorem & ſtudium in euoluendis priſcorum Sinenſium monumentis commendat Philippus Couplet Proemialis Declarationis Confucio præmiſſæ P. 2. §. 3. Vid. Acta Erud. Lipſ. A. 1688. p. 260.

olim THAN appellari legimus, quod ſine termino latum ſonat, alias YV ac ſi quietem voces, deinde HIA quod idem eſt ac ſi magnum dicas. Poſtea SCIAM, quæ vox ornatum innuit: Tum CHEV, hoc eſt perfectum. HAN vero lacteam in coelo viam ſignat. Quæ, ſi conferantur cum inſcriptionibus Familiarum in Canone Imperatorum Sinenſium, facile conjecturam pariunt, Familiam, cujus primus eſt Hoam-Ty, olim dictam fuiſſe Yu a Noacho, quod nomen requiem ſignificare nemini non conſtat: & Familiam Xinnungi appellatam eſſe Than; in primis cum de hujus Familiæ regno ante diluuium veriſſime dici poſſit, quod ſine termino latum fuerit. Primus igitur familiæ Than fuit Ty Lim Quei, *Imperator Lamech*: vbi quidem facta eſt ex Lamecho filio Caini, & Lamecho patre Noachi, vna perſona, quod & Noacho (s) Cain in atauis eſſet maternis. Vltimus vero illius Familiæ fuit Ty Yu Vam, h. e. *Imperator Noach Rex* (t), quia Yu

(s) Conf. quæ diximus Defenſ. R. A. T. Cap. IV. §. 8. i. f.

(t) Ty Sinenſibus idem eſt quod imperator, & Vam idem quod rex. Vid. Act. Erud. Lipſ. l. c.

Yu pariter ac Noach quietem denotat. Et proximus ſucceſſor 禹 Yu Vam, ſ. Noachi Regis, fuit Hoam Ty, h. e *Chamus Imperator*, filius Noachi perduellis & ſeditioſus, Gen. IX, 22. 23. X, 8. 10. XI, 4. *Hoangtius perduellione, vi & armis imperium occupavit*, verba ſunt Martinii (v): *Primus omnium exercitum aluit; cujus armis & metu juſſa facere detrectantes in officio continuit. Neque aliud ei criminoſum fuit, quam quod perduellis peſſimo exemplo iisdem copiis eſſet ad legitimi Imperatoris injuriam abuſus.*

(v) Sin. Hiſtor. Libr. I. p. 14ſeq.

CAPVT III.

De Cappellico veræ Chronologiæ contemtu.

Summaria.

Quam exitiabilis ſit ſuſpicio de numeris corruptis in Scriptura S. §. 1. *Nec Sulpicium Seuerum, nec B. Lutherum fauere ſacrilegio, quod Alphonſus* 1. *Reg. VI*, 1. *molitur*, §. 2. *Alphonſi virus plene eructatum* §. 3. *Exempla plurima notationum temporis Liphrat Katon in libris præcipue Judaicis* §. 4. *Origo conſuetudinis hujus in numerandis annis epochæ, ejusque exemplum in Aug. Conf.* §. 5.

§. I.

Præcipua deturbati de antiquitate ſua Fohii cauſa videtur eſſe male intellectus locus 1. Reg. VI, 1. Nam & Jeſuitæ Sinenſium latercula mutilata admittere maluerunt, quam vim facere Scripturæ S. At Alphonſus Berolinenſis Verbo DEI non magis parcit, quam antiquitatibus Sinicis; & Codicem Hebræum corruptum ſtatuere mauult, quam facilem, omnes fere Chronologiæ difficultates tollentem, & tot Veterum monumentis confirmatam interpreta-

tio-

tionem amplecti. Suſpicionem ſcilicet Criticam, quo nomine apud ipſum nefanda Lud. Cappelli in Scripturam S. latrocinia gaudent, de numero 1. Reg. VI, 1. a librariis corrupto non tanti arbitratur, vt propterea aliquis impietatis argui poſſit (x). Sed quid ſi debitor Alphonſo ex ſyngrapha agenti oppoſuerit ſuſpicionem de numeris corruptis? Quid ſi quis Deut. VI, 4. Gen. XVII, 12. Exod. XX, 9. 10. Dan. IX, 24. 25. Joh. X, 30. numeros corruptos ſuſpicetur? Nunquam defutura exiſtimo folia ficulnea ejusmodi ſcelus ornantia. Vt igitur a numero ad numerum: ita etiam a numeris ad alia Scripturæ S. verba, ab hiſtoriis ad doctrinas, a furto minori ad majus, facilis eſt tranſitus. Quo pacto nullus tandem relinquetur Bibliorum locus, vbi pedem tuto ponere queamus; nullus locus, vbi non niſu fruſtraneo, quæ verba ſunt Joſephi Cooperi (y), vociferari, δὸς πȣ͂ ϛῶμεν, δὸς πȣ͂ ϛῶμεν, cogamur hæſitabundi.

(x) Biblioth. Germ. Tom. XVII. p. 56. ſeq.
(y) Domus Moſaicæ Clauis Cap. 1. p. 9.

§. II.

Non juuat Alphonſum ſocios habuiſſe facinoris: quo tamen Sulpicium Seuerum me retuliſſe poenitet; nam præterquam quod ſcriptor hic ad dignoſcendam fontis Hebræi præſtantiam præſidiis illis maxima ex parte deſtitutus fuit, quibus hodie inſtructi ſumus, non loquitur de Codice Hebræo, ſed de Verſione, quam ſequitur LXX. Interpretum, atque in hac veritatem arbitratur eſſe corruptam. Cæterum in Sulpicii Hiſtoria S. nec vola nec veſtigium ſtolidiſſimi commenti de immutato per Judæos Tiberienſes Codice Hebræo apparet: etſi author Hiſtoriam illam, judice Guil. Cave (z), circa A. C. 400. condidit, quo tempore ejusmodi res non potuiſſet non in recenti eſſe memoria. Quod autem ad B. Lutherum attinet, multo minus is Alphonſo juſtam præbet excuſationem. Ipſe cogitur fateri (a), priores Bibliorum Lutheri editiones Act. XIII, 20. intemeratos exhibere

(z) Scriptor. Eccleſ. Hiſtor. Liter. p. m. 239.
(a) l. c. p. 58.

hibere Spiritus S. numeros. Vbi citatis exemplaribus liceat adjungere veterem Verſionis Lutheri verſionem Latinam, in forma minori octaua excuſam, qua ita redditur locus: *Per quadraginta annorum tempus pertulit eorum moroſitatem in deſerto, & deſtruens ſeptem gentes in terra Chanaan, ſorte diſtribuit eis terram eorum. Et poſt hac quaſi QVADRINGENTOS & quinquaginta annos, dedit judices vſque ad Samuel prophetam.* Nunquam autem Eccleſia noſtra poſterioribus Bibliorum Lutheri editionibus ſe ita credidit alligatam, vt nusquam ſtandum ſit prioribus. Quare in infinitis hodie Bibliorum Lutheri exemplaribus, Stadenſibus, Halenſibus, Sondershuſanis, Hamburgenſibus, Raceburgenſibus, aliis, anni illi quadringenti & quinquaginta leguntur. Alteram vero lectionem ex Luthero natam & profectam eſſe, Alphonſus nondum iis argumentis ſtabiliuit, quæ diſſentientes conuincere valeant. Prouocat ad Biblia anni 1541. quaſi ſcilicet Megalandro noſtro tantum fuerit otii, vt omnes Bibliorum

ſuorum editiones perlegere potuerit. Nonne libri Lutheri ipſo adhuc viuo ab amicis Zwinglii ſiue falſata, ſiue adulterata ſunt? Nonne ea de re publice queſtus eſt Lutherus (b)? Deinde B. Lutherum, quæ de numeris Act. XIII, 20. alibi ſcripſit, ex ſua ſcripſiſſe mente, non temere negaui. In procœmio Chronologiæ ſuæ, *VNVM auſus ſum*, inquit, *in Hiſtoria Joram Regis Juda ſub Elia & Eliſæo, in qua* 20. *annos plus numeraui, quam habeant omnes alii Chronici. HAEC MEA ESTO CVLPA vel ſtudium.* Ergo circa locum Actor. XIII, 20. nihil auſus eſt, nec quicquam ejus culpa ibi turbatum. Præterea hanc ſupputationem annorum *AD SVVM VNIVS VSVM* ſe paraſſe ſcribit. *NON VT ESSET CHRONICON vel Hiſtoricon*, ſed vt ob oculos poſitam haberet veluti tabulam ad inſpicienda tempora. Chronicon Charionis Philippicum ſe præcipue ſecutum eſſe ait: & ſic hic liber Lutheri tantum pro memoriali excerptorum in priuatum vſum colle-

(b) Vid. Opp. Tom. III. Alt. f. 739. a.

collectorum ac qualicunque ratione digeſtorum habendus eſt. In ejusmodi autem collectaneis nos ex noſtra vbique loqui ſententia, quis dixerit? Denique gloſſa Actor. XIII, 20. ſubjuncta originem factæ ibi mutationis clariſſime indicat, incipiens ab hisce verbis: *QVIDAM Textus habent quadringentos.* Author igitur mutationis, mendaci quorundam eruditorum relatione deceptus, credidit, in quibusdam tantum exemplaribus quadringentos inueniri. Decipi autem poteſt optimus quisque: quidni potuerit primo illo renaſcentium literarum ſeculo? Diſtingue tempora & concordabit ſcriptura: quemadmodum nec ſemper eſt idem, duo cum faciunt idem.

§. III.

Itaque vel mille paraſangis a Luthero diſtat Alphonſus, qui nulla neceſſitate adactus, nullo Codicis Hebræi exemplo adjutus, nulla hominum mendacium narratione de exemplarium diſcordia deceptus, quin tanta etiam bonarum literarum luce

luce circumfuſus, numeros Spiritus S. 1. Reg. VI, 1. in νοθείας, ſimulque Cuſtodem Iſraëlis in neglectæ Verbi Sui cuſtodiæ ſuſpicionem adducere conatur. Sola nititur Verſione, quam vocant, Septuaginta Interpretum: nam & Bedæ exemplaria, quibus (c) non ſine Zelo Hebraicam veritatem aliamque authoritatem Græcam oppoſuit, Græca fuerunt. Ea igitur occaſione plene tandem Alphonſus ſuum eructat virus, diſerte perhibens (d), Verſionem τῶν ὁ antiquiorem eſſe exemplari Hebræo Judæorum Tiberienſium, quod ſolum ſit originale Bibliorum noſtrorum: vnde & heterodoxum putat (e), Biblia ſecundum Accentus interpretari. Ejusmodi autem ſententias Joſephus Cooper (f) peſtem vocat, & B. Matthias Waſmuth impia & imperita præjudicia (g), falſiſſimas opiniones, execranda dogmata, ad quæ merito horreſcant omnes

(c) Opp. Tom. IV. p. m. 258 ſeqq.
(d) l. c. p. 62.
(e) p. 64.
(f) l. c. p. 286.
(g) in ipſo Hebraiſmi Reſtituti & Vindiciarum Titulo.

omnes pii, commenta in vniuerſam Theologiam Chriſtianam ſumme injuria, deliramenta blaſphema, deteſtabiles hypotheſes (h). Quare & Alphonſi Chronologia illis inædificata talis manebit, dum tot Virorum doctiſſimorum contra Lud. Cappellum, Iſ. Voſſium (i), Brianum Waltonum, Guil. Whiſtonum ſcripta proſtrauerit, & præterea Chronologiam noſtram S. ejusque Defenſionem & præſentem Chronologiam Immotam a capite ad calcem deſtruxerit ſingulas, vtpote contra illos, aliosque Verbi Diuini hoſtes, præcipue exaratas & factas.

§. IV.

Interim Alphonſus cauſæ ſuæ metuens ea in re candidus vult videri, quod prima & primaria interpretationum & doctrinarum mearum fundamenta partim diffi-

(h) Vindic. Prodieg. p. 9 ſeqq.

(i) Hujus aduerſarios nuper, me quidem hoc honore indignum interferens, commemorauit & ſimul de Voſſii temeritate peſſima grauiſſimum æque ac ſolidiſſimum judicium fecit Vir longe celeberr. Jo. Henr. a Seelen Delic. Epiſt. Præf. p. 3. 4.

diſſimulauit, partim mutilauit, nec ſcripta mea dignatus eſt attentius legere. Ita omiſſorum more antiquo numerorum epochæ majorum dudum exempla dedi in numis (k): vbi addendus forſan numus Seleuci Nicatoris, repræſentatus a J. Foy-Vaillant (l), qui exhibet in Monogrammate literas ΣΙΕ h. e. σί ἔτει, nam Annus Mundi 4210. fuit primus Seleuci poſt ſuperatum Antigonum. Exempla porro dedi in Joſepho (m), & Gemara, (n), libros quoque indicaui illis abundantes. Attamen Alphonſus nec deſinit exempla poſcere, nec monſtrat, quæ dedi eſſe a re aliena. Non grauabimur ergo ad confirmandum, quod ipſi propoſitum eſt, ſilentium adhuc nonnulla annectere. Hæc vero ſuppeditat 1.) R. Gedaljah (o) ſcribens, Rabbinos Ben-Aſcher & Ben-Naphtali, quibus Punctorum inuentionem tribuit Gilb. Genebrar-

(k) Chronol. S. p. 329 ſeq.
(l) Hiſtor. Reg. Syr. p. 35.
(m) Chronol. S. p. 467. (n) Defenſ. R. A. T. p. 150 ſeq.
(o) in Schalſcheleth Hakkabbalah fol. 37.

brardus (p) & Lud. Cappellus (q), floruiſſe circa annum 794. ſupp. min. 2.) Itinerarium Benjamin Tudelenſis, cujus initium ſic habet: *Epitome narrationum Benjamin filii Jonæ Tudelenſis - - Hæc omnia demum ipſe in Caſtellæ regionem reuerſus populo ſuo narravit anno nongenteſimo trigeſimo tertio* (r). *Fuit vero Benjamin narrationis bujus auctor vir prudens & ingenioſus, legis & conſuetudinum peritus.* 3.) R. Samuelis Karaitæ Itinerarium, quod Bibliothecæ ſuæ Hebrææ Volumini tertio inſeruit Vir Sum. Ven. Jo. Chriſtoph. Wolfius, vbi hæc verba leguntur (s) וביום ו׳ יא׳ לחרש תשרי בשנת בקש (שלום) לפ׳ק נסענו מקוסטינא; 4.) Liber R. Jacobi fil. Eliakim, cui titulus, Compendium Abarbanelis :נרפס שנת שכר R. Jſaaci Chaijut פחר יצחק נרפס היום יום אבג אייר שלג לפק: Schimonis ben Schemuel שכלי ארם in calce hæc exhibens verba ש׳ך לפ״ק יום ג״ אדר נשלם חררת קרש: R.

(p) Chronol. Libr. 3. ad A. C. 485.
(q) Arcan. punct. Libr. 1. Cap. 17.
(r) h. e. 4933. qui eſt CHRISTI 1173.
(s) p. 1083.

R. Schelomonis ben Mardechai מזבח הזהב נדפס בשנת שסב: Schemuelis ben Jehuda מאמר השכל בקרימונה יום ה׳ י״ג לחדש תשרי ש״ז לפ״ק; &c, &c.

§. V.

Poſſideo etiam R. Niſſim Gerundenſis שאלות ותשובות, quarum inſcriptio in hæc verba exit והיתה התחלת המלאכה בעשרה באלול שנת ש״ה לפרט האלף הששי ליצירה ברומי רבתי: Ex quibus intelligitur, Judæos numeros epochæ minores vt partes labentis millenarii numerare, vnde obſeruationes in Chronologicis haud contemnendas haurire licet. Videtur autem hic modus numerandi in DEI populo exortus ex modo numerandi annos vſque ad quinquageſimum, quem DEVS ipſe præcepit Leuit. XXV, 8. 9. 10. Vt enim poſt annum quinquageſimum nouum fiebat numerandi initium, non addita quinquageſimorum elapſorum ſumma: ita & poſt annum milleſimum & centeſimum nouum factum eſt numerandi initium, non addita mil-

milleſimorum aut centeſimorum ſumma. Cæterum in aliarum quidem gentium more etiam poſitum fuit numeros epocharum majores compendii gratia omittere; cujus rei inter longe plurima Confeſſionis noſtræ Auguſtanæ præfatio (t) exemplum quoque præbet: attamen in nulla vnquam gente tam conſtanter id obtinuit & adhuc obtinet, quam in gente Judæa.

(t) haud procul a fine, vbi hæc leguntur verba: *Nachdem dann E. K. M. vormals, Churfurſten, Furſten und Stænden des Reichs gnædiglichen zu verſtehen gegeben, und ſonderlich durch eine oeffentliche verleſene Inſtruction auf dem Reichstage, ſo im Jahr der mindern Zahl* 26. *zu Speyer gehalten.* Et in exemplari Latino: *Cum etiam V. C. M. Electoribus, Principibus & reliquis Statibus Imperii non vna vice, ſed ſæpe clementer ſignificauerit, & in Comitiis Spirenſibus, quæ Anno Domini &c. XXVI. habita ſunt, - - publice prælegi fecerit.*

 CAPVT

CAPVT IV.

De meliorum temporum Calviniana, & de Caluinianis Spe.

Summaria.

Caluiniani alius Berolinenſis in Chronologiam noſtram machinatio, & quod Cornu Dan. VIII, 9. ſit Roma, §. 1. Dies 2300. *Dan. VIII,* 14. *eſſe annos, & numerum* 666. *Apoc. XIII,* 18. *ſignificare annos a CHRISTO homine, §. 2. Spes de conuerſione Caluinianorum ex Apoc. III, 9. & Auguſtana Confeſſio adumbrata reti Joh. XXI, 11. §. 3. Amor CHRISTI Sacerdotalis, Conuerſio ſororis paruæ, Vinea contra Baal Hamon, Tempora extrema, Cant. VIII, 6 ſeqq. §. 4. Vltimus Mundi annus ſecundum typum Henochi §. 5.*

§. I.

At vero non ſolus ex Reformatis Berolinenſibus eſt Alphonſus, cui ſtomachum mouit Chronologia noſtra Sacra. Etenim A. 1729. die Mich. nomen ſuum celans, vt ſe vocat, Amicus, cujus quidem humanitatem gratus agnoſco, ſed oblata, quod condonabit, ob varias rei difficultates accipere non potui, literas ad me Berolino dedit, atque, hac occaſione vſus, mecum communi-

municauit ſpecimen ſcripti Germanici, ab Anonymo quodam Reformato contra me edendi (v). Vtrum liber reapſe editus ſit, nec ne, ignoro: hoc autem ex illo ſpecimine didici, Authorem eſſe familiarem Alphonſi, ejusque modeſtiam fere imitari, conuitia tamen & dicteria imbecillitate judicii & obſcuritate ſtyli quodammodo obtundere, vt minus nocere poſſint. Itaque non prolixam poſcit refutationem, præſertim cum varia mihi tribuat nunquam a me ſcripta, & argumenta omnium grauiſſima, quibus ſententiam meam probaui, alto prætereat ſilentio. Pauca tantum notabo, vt nouis nonnullis obſeruationibus viam patefaciam. Quæ nempe de diebus 2300. Dan. VIII, 14. commentatus ſum, me ex Beuerlejo quodam Anglo hauſiſſe perhibet, qui Reformatis genuinis olim homo ſomnioſus

(v) Titulus hic eſt: *Chronologiſche Betrachtung der Danieliſchen 2300. Abend - Morgen - Tagen, welche einem neuen Chronologiſten ſoviele Jahre bedeuten und ſo das Maas auch der Chriſten - Zeit ſeyn ſollen, daſs man die nun ziehml. nahe Zeit der Zukunſſt Chriſti zum jüngſten Gericht gewiſs wiſſen konne.*

ſus & fanaticus fuerit. Sed tantum abeſt, vt viri illius libellos vel viderim vnquam vel legerim, vt ne quidem de nomine mihi notus ſit. Merum quoque Authoris eſt figmentum, quod cornu Dan. VIII, 9. mihi ſit Rex Antigonus. Quid enim clarius verbis meis (x): Et poſt primum illorum, *poſt mortem Antigoni, qui teſte Trogo Juſtino, primus poſt Alexandri M. obitum Regem ſe a populo appellari juſſit*, exiuit cornu vnum, *Monarchia noua*, de exiguo; *ROMA ſcilicet, de qua merito dicitur, quod poſt mortem Antigoni, coeperit eſſe caput mundi?* Hoc vero Monarchiæ initium agnouit etiam Zoſimus, qui *Inde*, inquit (y), *vbi Darium necaſſet Beſus, & Alexander poſt res apud Indos geſtas Babylonem reuerſus, vitam cum morte commutaſſet; tum vero in ſatrapias diuiſo Macedonum imperio, continuisque bellis inteſtinis deminuto*: ἡ τύχη Ῥωμαίοις τὰ λειπόμενα τῆς Εὐρώπης πεποίηκεν ὑποχείρια.

§. II.

(x) Chronol. S. p. 420.
(y) Hiſtor. Libr. 1. Cap. 5. p. m. 8.

§. II.

Cæterum negat Anonymus, dari in Scriptura S. dies Propheticos, annorum indices, & pro talibus, quod quidem nobis imputari nequit, perperam haberi judicat dies typicos Ezechielis, quos tamen non ſecus ac alius quidam Chronologiæ noſtræ aduerſarius, cujus contradicta poſthac examinabimus, annos pœnæ ab Judæis dandæ præſignificaſſe putat. Quomodo autem dies Prophetici ex Dan. IX, 24. X, 13. Apoc. II, 10. XII, 6. exterminari poſſint, non indicat, nec tot locorum Scripturæ S. recordatur, vbi vox ימים ſignificat annos. Dies 2300. Dan. VIII, 14. eſſe Veteris Teſtamenti, probat argumento petito a veſpera ante mane poſita: quaſi Reſurrectio CHRISTI prohibeat in ſumma annorum mundi dies incipere ab initio mundi conditi. Dies vero 1335. Dan. XII, 12. eſſe totidem annos ideo inficiatur, quia nullus homo tandiu viuere poſſit: cum tamen aliud ſit annos 1335. viuere, aliud expectare annum epochæ alicujus 1335. vitamque eo vſque producere. Si dies proprie dicti

intelligerentur: omnes facile metam illam contingere poſſent, quod tamen paucis promitti, ipſa ſermonis Prophetici cohærentia docet. Nos annos illos 1335. numeramus ab A. C. 666. quia ad proprietatem literæ Apoc. XIII, 18. nulla explicatio propius accedit, quam quæ *numerum hominis* ut annorum *a* CHRISTO *homine* facto deducit. In applicatione autem ad Hiſtoriam non tam Papæ Vitaliani, quam rerum Imperatoris Conſtantis II. rationem habuimus (z). Eundem numerum in vulgaribus Pontificiorum Roſariis, & quidem ad Apoc. XIII, 17. ſatis conuenienter monſtrauimus. Effigiem tamen Roſarii paginæ 425. deſtinatam Bibliopola e regione paginæ Tituli me inſcio & aliam hic Tabulam æneam præoptante collocandam curauit.

§. III.

Tandem vt Chiliaſmus, forſan ob ſperatum in Regno Millenario dominationis augmentum & doctrinæ Lutheranæ, in primis

(z) Vid. Chronol. S. p. 423. ſeq.

primis de Sacramentis & omnipræſentia Carnis CHRISTI in die quidem extremo ob totius mundi oculos ponenda, exitium, in Eccleſia, quam vocant, Reformata ampliſſime triumphat: ita & ille præcipua mihi videtur cauſa eſſe concepti ab Anonymo in Chronologiam meam odii (a). At liceat mihi ſpei meliorum, quæ Reformati præſtolantur, temporum aliam ſpem meliorum aliquatenus temporum opponere, eoque ipſo demonſtrare, me Reformatorum dogmata quidem æque ac angues odiſſe, ſed ipſos Reformatos amore quodam præcipuo proſequi. Illa innuo tempora, quibus Reformatos numero plurimos, miſſo doctrinis Caluini nuncio, in caſtra Lutherano-

D 4 rum

(a) Apparet id inter alia ex hisce ipſius verbis: *Vnd wie ſolle doch die 666. Zahl Apoc. 13. ſo den allerletzten zweihornigten Antichriſt des ſiebenden Siegels in der bald künfftigen allerbeſten und reinſten Chriſtlichen Kircke der 144000 Verſiegelten oder des VVeihes am Himmel, oder deren beyden wunderthætigen Zeugen anweiſet, den obſcuren Pabſt Vitilianum des dritten oder Schwartzreuteriſchen, mit dem Pabſt Bonifacio III. angehenden Siegels vom tunckelen Pabſthum des Abfalles 2. Theſſ. 2. anweiſen?*

rum tranſituros eſſe confido. Nihil moror ſententiam Anonymi de ſeptem Sigillis Apocalypticis, vtpote quæ omnia in tempora diem extremum proxime præcedentia incidere & majorem commutationem rerum in natura quam in Eccleſia portendere exiſtimo. Sub ſeptem autem Epiſtolis Apocalypticis ſi aliquid typici latere ob Apoc. I, 1. 3. 19. 20. II, 7. 11. 17. 29. III, 6. 13. 22. aliasque rationes (b) ſtatuendum eſt: Eccleſiam Philadelphicam Apoc. III, 9. Eccleſiam Lutheranam; qui ſe Judæos ſ. confeſſores dicunt nec ſunt, illos, qui ſe Auguſtanæ Confeſſionis ſocios dicunt nec ſunt, horumque aduentum, reſipiſcentium congregationem ad veram Eccleſiam, adumbrare dixerim. Succurrit mihi hic, piſces magnos centum quinquaginta tres, quibus refertum rete Simon Petrus ad terram traxit Joh. XXI, 11. nota ſigni Piſcium ♓ pro nota numeri denarii X habita, repræſentare 153 X h. e. Annum 1530. quo Imperatori Carolo V. exhibita eſt Auguſtana

na

(b) Digna tamen eſt, quæ ab inquirentibus hæc legatur *Diſſertatio* Viri Clar. M. Jo. Juſti Spier. *de Senſu Myſtico Vitringiano ſeptem Epiſtolarum ad ſeptem Aſiæ Eccleſias*, defenſa Witteb. 1730.

na Confeſſio, eoque ipſo prodiit iterum in lucem ſubmerſum Euangelium. Vtinam hoc reti nunquam rumpendo, quos vocant, Reformati caperentur aliquando ſerio!

§. V.

Quod maximam hujus rei ſpem mihi affert, eſt locus Cant. VIII, 6 ſeqq. vbi Ecclesia vera vltimorum temporum ita piæ mentis ſenſa effundit: *Pone me*, o CHRISTE, Sacerdos Summe! *tanquam ſigillum in pectore Tuo*, Exod. XXVIII, 29. *tanquam ſigillum in brachio Tuo*, Exod. XXVIII, 9. 11. 12. (c) *Nam tam potens eſt, quam mors* Tua, *amor* Tuus in Tuos; *tam grauis eſt zelus* pro commodis Eccleſiæ Tuæ pugnantis, *quam orcus*, cujus Tu cruciatus pro nobis perpeſſus es: *prunæ ejus ſunt prunæ ignis flammam omnium maximam emittentis.*

(c) Nomina Iſraëlitarum gemmis pectoris & humerorum in veſtitu Summi Sacerdotis inſculpta hoc Cantici loco reſpici, Obſeruatio eſt, quam Viro Sum. Reu. *Joh. Elers*, Eccleſiarum Ducatus Lauenburgici Superintendenti, Theologo longe doctiſſimo, debeo, qui in colloquio quodam amico ſe comma hoc pro concione ſic explicaſſe mihi narrauit.

Aquæ multæ diſcriminum & miſeriarum hujus vitæ *non poterunt extinguere amorem* Tuum, *nec flumina* calamitatis vltimorum temporum *inundabunt eum*, Rom. VIII, 35. ſeqq. Pſalm XLVI, 2 ſeqq. *Si offerat quilibet omnes opes domus ſuæ loco* hujus *amoris* Tui, *contemnendo contemnent eum* fideles Tui. *Soror nobis eſt parua*, Eccleſia, nobis inuitis fratrum nomen obtrudens, *etſi vbera* ſolatii veri Euangelici *non ſunt ei. Quid faciemus ſorori* huic *noſtræ in die, quo prædicabunt ei*, vt conuertatur, Verbum DEI, Eccleſiæ veræ Miniſtri? *Vt* (*d*) *murus illa* inſtar Eccleſiæ veræ ſit, vel ſi talis eſſe debet, *ædificabimus ſuper eam arcem argenti* in doctrina vera de promiſſionibus Verbi Diuini & Sacramentis, quo oriantur mammæ illæ vt argentum albicantes, quæ lac ſolatii Euangelici candidum ſiticuloſis præbent: *Et vt oſtium* inſtar Eccleſiæ veræ *illa* ſit, *colligabimus ſuper eam in januam tabulam cedri* h. e. meliorem doctrinam de CHRISTO, Joh. X, 7. 8. Cant. V, 15. *Ego*, inquit Eccleſia vera Euangelica, *murus ſum* fir-

(d) Conf. Nold. Concord. ad Part. ℈ℵ n. 21. 22.

firmiſſimus, quia ſolo DEI verbo nitor, nunquam ſiue ſubruendus ſiue dejiciendus, *& vbera mea*, lacte gratiæ vniuerſalis & rerum in Sacramentis cœleſtium tumentia, eminent quaſi ex corpore *turrium inſtar: ita* comparata, & hisce dotibus dotata, *fui in oculis Ejus*, Salomonis mox nominandi, *ſicut quæ inuenit pacem. Vinea fuit Salomoni contra principem mundi* poſita, *deditque vineam cuſtodibus*, Miniſtris Verbi Euangelicis: *vnusquisque præſtare debebat ex fructu ejus reditum mille argenteorum. Vinea mea*, inquit Salomon, *quæ mibi*, quæ mea eſt jure optimo, vtpote meo acquiſita ſaguine, ſemper *in conſpectu meo eſt: nihilominus, o Salomon!* inquit Eccleſia, *cum mille illi argentei Tibi reddi debebant, ducenti tantum obuenerunt cuſtodientibus fructum* vineæ *illius*, ob diritatem extremorum temporum, vt igitur 200. tantum reddi potuerint. *Habitans*, cogitando vſque ac ſuſpirando cœlum, Philipp. III, 20. *in hortis* Eccleſiæ triumphantis, Eccleſia militans, maxime in tantas paulo ante diem extremum anguſtias addu-

adducta: *Perſonæ S. S. Trinitatis*, quarum conſortium ibi exſpectas, *attendunt*, inquit Salomon, *ad vocem tuam*; *ergo fac me eam audire* ſequentem in modum: *Transfuge* ad me, *Sponſe mi*, & in acceleratione aduentus Tui o quam exoptatiſſimi! *ſimilis eſto capreæ aut binnulo ceruorum*, quibus nihil velocius, *ex montibus aromatum*, ſuaviſſimisque illis cœli hortis.

§. V.

Quo flagrantius hujus Aduentus eſt deſiderium, eo acceptiora erunt, quæ in Chronologia noſtra de vltimo Mundi anno, ea qua par eſt modeſtia, vt opinor, expoſita ſunt. Idcirco nec ingratam fore ſpero obſeruationem, quam hic addimus, Annos ætatis Adami 930. Gen. V, 5. ſepties numeratos efficere 6510. ideoque totidem accurate annos, quot a Mundo condito vſque ad ipſius interitum pie conjectantes dinumeramus. Forſan & nonnulli Lectores pondus quoddam huic calculo conciliari judicabunt Epiſtolæ Judæ commate 14.
Vide-

Videtur nimirum Henochus non ſolum vt præco diem extremum prænunciaſſe, ſed &, quia ſeptimus vocatur poſt Adamum, vt typus Eccleſiam ætatis ſeptimæ Adami repræſentans: quemadmodum nec annos 365. ætatis Henochi, dierum anni ſummam exhibentes, myſterio carere credo. Sed manum de tabula.

CAPVT

CAPVT V.

De Theologia Chronologiæ (e) Rambamiæ ſocia.

Summaria.

Theologia homiletica vetus immerito accuſata §. 1. Varii in rebus Theologicis errores, & quidem magna ex parte ſatis periculoſi §. 2. An Lex Moralis poſt lapſum natura nota ſit? §. 3. Nec Legem Moralem, nec alias Leges Diuinas vim legis a conſenſu Moſis accepiſſe. Ratio foederis Diuini typicè cum Iſraële. Injuria Oeconomiæ V. T. illata §. 4. Peruerſa interpretatio loci Gal. III, 15. ſeqq. §. 5. Interpretatio ejusdem loci legitima, & interpoſita explicatio promiſſionis Gen. XX, 16 ſeqq. §. 6. Extenuatio parabolarum CHRISTI, & conuerſio Dicti claſſici, Multi vocati, pauci electi, *in prouerbium Judaicum §. 7. Explicatio noſtra parabolarum de Judice & Oeconomo iniquo, & de operariis in vinea §. 8. Annotatoris ſententia de Vnione Myſtica, Ceremoniis Eccleſiæ noſtræ, & de Controuerſiis Pietiſticis §. 9.*

§. I.

Aduerſariis Berolinenſibus non niſi inuitus conjungo *Annotatorem ad Hypotypoſin ſuam,*

(e) Hoc nomine appellare liceat Chronologiam, quæ relationem R. Moſis ben Maimon de 17. Iubilæis POTISSIMVM pro fundamento ponit. Vid. H. Hypotyp. C. S, p. 15.

ſuam, quippe Virum libris noſtris Symbolicis adeo deditum, vt cum illis pugnantia ſe vnquam conſulto admiſcere *poſſe* (f) neget, forſan non recordatus, quinam illi ſint, qui veram fidem non poſſe amitti docent. Attamen is plurima in eodem libro profert, quæ Eccleſiæ noſtræ, cui *ſic dictæ* Euangelico-Lutheranæ (g) nomen imponit, membris purioribus placere nequeunt. In illis, quæ oratori Eccleſiaſtico vt in primis obſeruanda præſcribit (h), non apparet dextra Textus interpretatio: quæ tamen plus multo animum in veritate firmare & ſic ædificare poteſt, quam varia intricata ratiocinia, quorum compagem nec mente capiunt, nec memoria retinent ſimpliciores. Aedificationem autem impedire credit, ſi quis phraſibus Biblicis nimis ſtudeat, & dicta Scripturæ S. dictis cumulet, cauſam interponens, phraſes Scripturæ S. ſæpius hujusmodi eſſe, vt explicatione indigeant, & coagmentatos Lexicon quaſi quod-

(f) Pred. über auserleſ. Schrifft-Stellen P. I. Præf. p. 4.
(g) l. c. p. 3. (h) p. 5.

quoddam vnius tantum linguæ conſtituere, pauciſſimis vtile (i). O infelices Bibliorum lectores, ſiquidem ſeſe res ita haberet! At certum eſt, nullum dari tam luculentum, tam copioſum, tam ornatum, tam ſuaue dicendi genus, quod Biblico præferant ſinceri amatores libri hujus Diuini. Nec improbanda eſt plurium Dictorum Biblicorum in eadem re coacervatio. Nam præterquam quod nullum eſt Scripturæ S. dictum, quod non contineat aliquid noui; nullum dictum, quod non ſingulari ſua gaudeat emphaſi: merito hic prouocamus ad exemplum Pauli, qui, *Eadem*, inquit, *vobis ſcribere me quidem non piget, vobis autem tutum eſt*, Philipp. III, 1. Hoc eſt: *Ego nullam inde moleſtiam capio, vos ineſtimabilem inde fructum percipitis, videlicet τὸ ἀσφαλὲς, inconcuſſam ſoliditatem & firmitatem fidei veſtræ*, ſecundum Aegid. Hunnium (k). Noſter vero aures magis titillantia præoptare videtur: vnde &

(i) p. 6.
(k) Comment. in h. l. Opp. Lat. Tom. IV. p. 624.

& ars homiletica vetus, præceptis licet Logicis fere conſtans, non ſolum ad diſtinctos conceptus formandos apprime facientibus, ſed & alia præbentibus cum intellectus tum memoriæ ſubſidia, quinimo applicationem propiorem maxime juuantibus, ipſi adeo inuiſa eſt, vt illam Oratoriæ S. tantum intuliſſe damni putet, quantum impenſus quondam pangendis verſibus Leoninis labor (l) Poëſi maſculæ.

§. II.

Sed videamus, quomodo *ὑποτύπωσιν ὑγιαινέντων λόγων* retineat in ipſis concionibus ſuis Annotator ad Hypotypoſin. Ignorantiam ordinis ſalutis a quibusdam vinci non poſſe perhibet, & dari ſic judicium ignorantiæ ac cœcitatis Diuinum, nec DEVM injuſte tunc damnare hominem naturaliter damnationi obnoxium, quamuis a CHRISTO redemtum, quali miſeriæ miſereri forſan infirmitati noſtræ tribuendum ſit (m):

E quæ

(l) *Das Kopffbrechen Klapper-Verſe zu machen*, p. 7.
(m) p. 32. 33.

quæ profecto ſatis ſunt horribilia, nec cum ſumma Optimi Numinis ſanctitate, benignitate & beneuola voluntate, 1. Tim. II, 4. declarata, congruunt. Statuit porrro, Juſtificationem eſſe effectum Electionis in CHRISTO (n). Statuit, ex parte hominis gratia præueniente excitati, vt vocationi ad Regnum DEI obſequatur, requiri certam, vt vocant, cooperationem, quam iuſcipere non omnibus placeat (o); ordinem Juſtificationis ſub continuata cooperatione Diuina requirere ſeriam contritionem, quæ ſit inchoata mutatio vitæ (p); execrandam eſſe quamuis ſanguinis guttam, in qua non amor CHRISTI (q); preces eſſe præcipuum gratiæ medium (r); nos ignorare, an DEVS quemlibet peccatorem voluntarium ſemper, in hac vita ſcilicet, menſura gratiæ ipſi ſufficiente præuenire velit (s); Johannem Apoſtolum nomina fidei

(n) *GOtt iſt der Vrheber vnſrer Rechtfertigung damit, daſs Er vns in Chriſto erwehlet*, p. 75.
(o) p. 79.
(p) p. 83. (q) p. 99. (r) p. 117.
(s) p. 130.

fidei & amoris ſæpius permutare (t); ſine miraculis Apoſtolos non pro fide dignis haberi potuiſſe (v); CHRISTVM, cum Ipſum amantes deſcribit Joh. XIV, 23. 24. ſummam amoris menſuram intelligere (x); verbum, quod qui ſeruant, a Patre amantur & S S. Trinitatis beantur cohabitatione, eſſe verbum Legis (y); etiam in hac imperfecta ſanctimonia nos aſſequi valde ſublimem gradum amoris in DEVM (z); dari amorem in DEVM ſine reſpectu ad ipſius beneficia, & licet pauciſſimi in hac infirmitate ad purum talem amorem perueniant, certum tamen eſſe, quod homo reuera illam puri amoris in DEVM menſuram in hac vita adipiſci poſſit, vt ſcilicet non amplius ad Diuina beneficia reſpiciat (a). Vbi miramur, tantum Buddei amatorem vel non legiſſe, vel non morari, quæ contra hunc Quietiſtarum & Myſticorum errorem grauiſſimum ſcripſit Buddei gener

E 2 cele-

(t) p. 153. (v) p. 166.
(x) p. 178. (y) p. 179. & 194. (z) p. 183.
(a) p. 184. 185. 186.

celeberrimus, Joh. Georg. Walchius (b). Locum Rom. VIII, 39. de amore erga DEVM exponit (c): nec opus eſſe putat, fidelibus commendare filiale obſequium aut ob oculos ponere promiſſiones & comminationes Diuinas (d). Juſtificationem quoque fieri ait, ſimul ac homini curæ fuerit fuga mali & ſtudium boni, omiſſis verbis Prophetæ: *Lauamini, mundamini*, Jeſ. I, 16. Quemadmodum & partem pœnitentiæ facit fidem eam, quæ Gal. V, 22. dicitur fructus Spiritus (e).

§. III.

Hæc ex parte libri prima excerpta dedimus. Sed nec in altera deſunt, quæ bonas mentes offendere poſſint. Statim initio Locum Apoſtoli Gal. III, 15. ſeqq. mire peruertit, & indoctis etiam inculcare ſtudet, quæ in Diſſ. ad Gal. III, 19. ſeqq. (f) propoſuit, a doctioribus vix capienda.

O

(b) Einleitung in die vornehmſten Religions-Streitigkeiten Cap. III. §. 14. p. 309 ſeqq.
(c) p. 197. (d) p. 219. (e) p. 220 ſeq.
(f) Biblioth. Lubec. Vol. V. p. 46 ſeqq.

O quam multa inibi examinanda forent, ſi hic ea de re eſſet dicendi locus, vel alias tempus ad elaboranda plurima numero ſcripta mihi ſuppeteret! Paulus vtique in Epiſtola ad Galatas illos refutat, qui obſeruationem Legum Moſis Ceremonialium, ſed & tanto magis Moralium, ad ſalutem eſſe neceſſariam dictitabant. Author vero πρῶτον ψεῦδος Judæorum putat fuiſſe, quod Legi Morali juſtificandi vim tribuerent, ex quo in Poſitiuam abierit (g); abiiſſe autem vi fœderis Theocratici, quo DEVS peculiaris Reipublicæ Judaicæ Rex conſtitutus fuit (h). Ex quibus efficitur, Judæos in operibus Legis Moralis quæſiuiſſe meritum, non quod DEO vt DEO, ſed quod DEO vt Regi ſuo illis intenti parerent; verbo, quæſiviſſe in obedientia mere politica. Quæ quidem ſententia eo plus monſtri alit, quod Author Legem Moralem a Lege Naturali non differre, & etiam poſt lapſum homini

(g) Bibl. Lub. l. c. p. 53.
(h) Conc. P. II. p. 8.

natura notam eſſe (i) arbitratur. Verum aut cognitio voluntatis Diuinæ non fuit in dotibus imaginis Diuinæ, aut ſi imago Diuina, quæ communis Theologorum noſtrorum ſententia eſt, tota ab homine amiſſa, amiſſa quoque erit notitia Legis Moralis. Nec obſtat locus Rom. II, 14. 15. nam Apoſtolus non ait, gentiles Legem, ſed opus Legis, h. e. diſciplinam externam a Lege præceptam, quamuis non vt talem, in animo inſcriptam oſtendere; diſerte autem negat, gentiles, nimirum ſibi vnice relictos, Legem habere. Quomodo dici poteſt lege carere, qui Legis & obligationis legalis probe gnarus eſt & ſola caret Legis ſolenni promulgatione? Non negamus notitias in natura inſitas: ſed hi Legis igniculi non ſunt ſine fatuitate, hæc Legis ſemina non ſunt ſine magna corruptione; qua de re ſi quis dubitet, legat Cl. Matthiæ Belii Diſſertationem *de Nauis Ethices Ethnicæ* (k). Itaque vt ex hiſce igniculis fatuis, ſeminibusque corru-

(i) B. L. l. c.

(k) præfixam A. 1724. loco præfationis Ethicæ Davidico-Salomoneæ.

corruptis & mortuis, vt ex hoc quaſi cinere reſuſcitaretur vera Legis Moralis notitia, Diuina Legis reuelatione & promulgatione neceſſario opus fuit. Ex qua quæ hauſta ſunt, ſæpius quidem ob ſummam, quam produnt, cum hominis conformatione conuenientiam ex poſtliminio quaſi natura videntur nota, ſed reuera talia non ſunt. Non manſit Lex naturalis in ſtatu naturæ corruptæ, quod fuit Lex naturalis in ſtatu innocentiæ: quapropter etiam Lex poſt lapſum naturalis & Lex Moralis pro terminis æque late patentibus haberi nequevnt.

§. IV.

At cum Noſter aliter ſentiat, facile porro in illum incidit errorem, quod Lex Moralis, quatenus Poſitiua eſt, dependeat a Regno Theocratico & conſtitutione reipublicæ Judaicæ. Vbi quidem DEVM poteſtati ſuæ Diuinæ adeo renunciaſſe ſtatuit, vt Lex Moralis, æque ac Ceremonialis & Forenſis, vim Legis poſitiuæ demum a

conſenſu Moſis acceperit, quem vult populi Iſraëlitici legatum, deputatum & mandatarium apud DEVM, cum Legem promulgaret, fuiſſe. *Integrum*, inquit (1), *fuit Moſi decernere, vtrum e re ſit populi legi huic, non niſi nominetenus tantiſper tali, ſe ſubmittere nec ne? ex quo demum conſenſu proprie dictæ legis naturam induit.* Admodum limpidi ſcilicet ſic oriuntur pietatis Iſraëlitarum fontes, ſed quos in Scriptura S. quæſiueris fruſtra. DEVS ſane, cum Iſraëlitas ſibi poſceret in populum, voluit, vt Ipſum DEVM Abrahami, Iſaaci & Jacobi agnoſcerent, non vt agnoſcerent Regem, Exod. III, 15 ſeqq. VI, 6. 7. Nec in monte Sinai ita exorſus eſt dicere: Ego ſum Dominus Rex tuus, ſed *Ego ſum DOMINUS DEVS tuus*, Exod. XX, 2. Legem quoque non propter ſolos Iſraëlitas, ſed & propter gentiles promulgatam eſſe, ex Deut. IV, 6. XXXIII, 2. 3. aliisque Scripturæ S. locis apparet. Tantum igitur abeſt, vt Lex Moralis dependeat a fœdere typico, vt potius

(1) Biblioth. Lub. l. c. p. 68.

potius hoc dependeat ab illa. Nam Lex Moralis obligat in obedientiam quibusuis DEI præceptis præſtandam, etiam particularibus, etiam rationi prorſus imperuiis. Hanc ob cauſam Leges Ceremoniales & Forenſes ſpectari poſſunt vt pars Legis Moralis temporaria & particularis, Legi Morali ideo accreſcens, vt inuolucrum quoddam Euangelii eſſet, CHRISTI aduentum juuaret, ejusque augeret deſiderium. Vt vero homines ad Legem Euangelii cauſa ita amplificatam eo magis allicerentur, addidit illi DEVS fœdus quoddam typicum, ſanguine ſacrificiorum ſancitum, Exod. XXIV, 4. ſeqq. fœdus conſtans promiſſionibus beneficiorum quorundam temporalium, ab illis accipiendorum, qui obſeruationi Legis qualitercunque operam dediſſent. Hoc fœdus minime fuit arbitrarium, nec Moſes aliam circa illud perſonam ſuſtinuit, quam ſerui DEI, & nuncii non populi ad DEVM, ſed DEI ad populum. *Clamauit ad eum IEHOVAH de monte, dicendo, Sic dices domui Jacob, & annunciabis filiis Iſraël,*

Exod. XIX, 3. *Et propoſuit illis omnia, quæ PRAECEPIT ipſi JEHOVAH*, v. 7. *Dixit IEHOVAH ad Moſen, Abi ad populum*, v. 10. *Dixit IEHOVAH ad Moſen, Sic dices ad filios Iſraël*, Exod. XX, 19. Vbinam autem legitur, populum dixiſſe ad Moſen, Abi ad DEVM, vel Sic dices ad DEVM? Foedus tamen fuit indulgentia plenum, foedus ob intercedentem ſacrificiorum mortem Teſtamenti æmulum, foedus typicum, quo adumbratum fuit fœdus Euangelicum. Cæterum vt fœderis ipſius Euangelici diverſæ dantur Oeconomiæ & diſpenſationes, non ſpecies: ita Oeconomiam Veteris Teſtamenti Author noſter nimio plus deprimit ſcribens: Legem Ceremonialem non incommode Euangelium Veteris Teſt. appellari poſſe (m); fidem tempore Veteris Teſt. non fuiſſe fidem proprie dictam, ſed potius ſpem (n); certum eſſe, fideles tunc in officiis præſtandis plus adhibuiſſe timiditatis, quam confidentiæ (o). Præcipuum Vete-

(m) Bibl. Lub. p. 64.
(n) Conce. P. 2. p. 15. (o) l. c. p. 41.

Veteris Teſt. Euangelium continebatur dictis Moſis ac Prophetarum, longe clariſſimis de Meſſia Ejusque beneficiis. Hinc illius temporis fideles futuri Saluatoris meritum, tanquam præſens, vere ac proprie dicta fide amplexati ſunt, nec dominatui illi timoris ſeruilis ſubjecti fuerunt, quemadmodum nec fides ſaluifica cum ejusmodi dominatu conſiſtere poteſt.

§. V.

Jam qui Legum Diuinarum rationem a nobis declaratam recte ponderauerit, facile perſpiciet, opera Legis Ceremonialis inter cauſas ſalutis numerantibus nihil fortius opponi potuiſſe, quam ipſam Legem Moralem virtute ſalutifera poſt lapſum deſtitui. Quamobrem certiſſimum eſt, Paulum quidem per ςοιχεῖα τȣ̃ κόσμȣ Gal. IV, 3. 9. intelligere Ceremonias Veteris Teſtamenti, eaque reſpectu Typico ceſſante appellare πτωχὰ, at per νόμον in Epiſtola ad Galatas intelligere præcipue Legem Moralem. Noſter vero, etſi neceſſe habet fateri,

teri, Gal. III, 10. de Lege Morali ſermonem eſſe (p), in ſequentibus tamen verbis non de Morali, ſed de ſola Ceremoniali Lege loqui Apoſtolum, credit (q). Sed vt huic ſententiæ ſermonem Apoſtoli accommodet, verbis ac phraſibus inuſitatos & incredibiles prorſus ſignificatus affingit. κατ' ἄνθρωπον λέγω, *id eſt*, inquit, ex *aduerſariorum ſententia*: nam reliqua commatis 15. & priora commatis 16. verba aduerſariorum eſſe opinatur, hisce ſuffultus rationibus, quod Teſtamentum reſcindi poſſit, & typicam mortem allegare doctoris fuiſſet, non diſputatoris (r); quaſi ſcil. nemo ſimul poſſit docere & diſputare. Senſum autem phraſi illi attributum non eſſe Pauli, locus 1. Cor. IX, 7. 8. manifeſtum reddit. Nimirum Apoſtolus non loquitur more Philoſophorum, qui probationem κατ' ἄνθρωπον vocant, qua probant falſitatem aduerſæ ſententiæ ex principiis, quæ aduerſa pars pro veris habet: ſed κατ' ἄν-
θρω-

(p) Bibl. Lub. l. c. p. 52.
(q) p. 57.
(r) p. 70 ſeq.

θρωπον ipſi idem eſt, ac ſecundum principia hominum ſibi relictorum, quorum alia quidem Scripturæ S. repugnant, 1. Cor. III, 3. ſed & alia veras propoſitiones continent, quamuis etiam ſine Scripturæ S. inſtitutione homini cognitas, Rom. III, 5. 6. Per Teſtamentum deinde Annotator intelligit ordinationem, ſecundum quam DEVS fidem dare, ſeruare & confirmare velit (s): cum tamen Teſtamentum hoc loco ſit promiſſio Diuina morti Redemtoris innixa, de danda omnibus hominibus, fidem in CHRISTVM e benevola DEI manu accipientibus, & vſque ad finem vitæ hujus retinentibus, hæreditate Vitæ æternæ. Porro *πολλοὺς* in *ὡς ἐπὶ πολλῶν* v. 16. pro omnibus in vniverſum Patriarchæ poſteris habet (t): ad quem ſenſum eruendum quanto opus eſt Oedipo? Per *διαταγὰς ἀγγέλων* v. 19. typos & imagines, quas Moſes in monte vidit, denotari credit, non obſtante, quod Exod.

(s) Conc. P. II. p. 5.
(t) Biblioth. Lubec. Vol. V. p. 54.

Exod. XXV, 9. 40. nec vola nec veſtigium Angelorum apparet: quemadmodum & λαλεῖν Hebr. II, 2. idem eſſe putat, ac typos & imagines repræſentare (v). Voci μεσίτου, vbi de Moſe prædicatur, mandatarii notionem ſubſternendam eſſe affirmat (x), ſed repugnante, vt paulo ante oſtendimus, Scriptura S. & ſine vllo Scriptoris Græci exemplo. Lex, quæ non eſt ἐκ πίστεως v. 12. adjecta eſt τῶν παραβάσεων χάριν v. 29. i. e. ad erigendam pauidam ob peccata conſcientiam hominum (y). Ζωοποιῆσαι v. 21. h. e. τελειῶσαι (z). Antequam veniſſet fides, ſub Lege ἐφρουρούμεθα συγκεκλεισμένοι v. 23. h. e. crebriori confortatione, repræſentatione & confirmatione ratione futuri gauiſi ſumus (a). En ſenſus, quos aptius hoc loco exprimi non potuiſſe, Author perſuaſum habet (b). En interpretationem, quam non ſentit difficultate vel minima laborare (c). En fructus argu-

(v) p. 59.
(x) p. 61 ſeq.
(y) Conce. P. II. p. 11.
(z) B. L. l. c. p. 80. (a) Conce. p. 16.
(b) B. L. p. 72. (c) p. 80.

argumenti euidentiſſimi & tantum non inexpugnabilis (d).

§. VI.

Age vero experiamur, annon remota, vt pium Sacrarum Literarum interpretem decet, omni ambiguitatis & ἀκυρολογίας ſuſpicione, ſeruataque ſolicite fidei pariter analogia ac natiua, vſitata & conſtanti ſignificatione vocum, interpretationem nanciſci poſſimus, quæ vere euidens, perſpicua & ſcopo Apoſtoli conſentanea ſit. Talem nimirum ſiſtat ſequens paraphraſis. *Fratres*, ne vobis contemtui ſit morte Crucis v. 13. rata facta ἐπαγγελία v. 14. *ſecundum hominem* 1. Cor. IX, 8. vel ſecundum principia humana ſ. Juris Naturæ, *loquor* quidem mox v. 17. dicenda: *attamen nec* meri *hominis confirmatum* morte ipſius *Teſtamentum quisquam irritum facit*, *aut aliqua* ei *ſuperaddit*. Adeo vera & ſancta judicantur principia Juris naturæ de Teſtamentis. *Abrahamo autem dictæ* vel factæ *ſunt promiſſiones* plures de benedictione Diuina, *& ſemini ipſius*.

(d) B. L. p. 69.

ipſius, fidelibus, v. 29. vtpote quorum, tanquam CHRISTO quam proxime cognatorum, Hebr. II, 10. ſeqq. Epheſ. V, 29. 30. Pſalm. CX, 3. DEVS Meſſiam patrem conſtituens, etiam illum conſtituit patrem Rom. IV, 11. 12. 16. Harum promiſſionum haud poſtrema eſt, quæ legitur Gen. XXII, 16. 17. 18. vbi, cum oculis Abrahami adhuc obuerſaretur Iſaacus, ſub cultro ad mactandum parato morti in ligno proximus, ceu typus CHRISTI moribundi, ſtatimque poſt immolationem arietis, a tergo affixi fruticeto tanquam cruci loco Iſaaci, DEI Filius, mortis ſuæ memor, *clamauit ad Abrahamum de coelo*, dixitque: *Per me juraui*, *inquit JEHOVAH*, *profecto! quoniam feciſti, vt te ne ab vnico quidem filio abſtineres*: *profecto* Hebr. VI, 14. *benedicendo benedicturus ſum tibi*, *& multiplicando multiplicaturus ſum ſemen tuum*, fideles, *ſicut ſtellas cæli*, *& ſicut arenam*, *quæ eſt ad littus maris*: *& vt hereditatem* Gal. III, 18. *obtinebit ſemen tuum*, obtinebunt fideles *portam hoſtium ſuorum*, domicilium cœleſte, quo exciderunt mali ſpiritus, Gen. XXVIII,

17.

17. (e). *Et ſic benedicentur ſeque benedictos profitebuntur in Semine tuo*, in filio quodam tuo, omnium longe excellentiſſimo, *omnes gentes*, non ſolum poſteri tui ex corpore tuo prognati ſed & gentiles. Duplicis igitur hic fit mentio ſeminis, fide quidem arcte conjuncti, attamen & caute diſtinguendi: ſeminis ſcilicet, ᾧ, & ſeminis ἐν ᾧ promiſſio facta. Cum dicit DEVS בזרעך, *Non dicit*, nec ita intelligendus eſt, ac ſi diceret in *Seminibus*, *quaſi de multis* vox זרע ibi diceretur, vt in antecedentibus, *ſed vt de vna tantum perſona*: *Et in Semine tuo*, Act. III, 25. *qui eſt CHRISTVS. Hoc vero* jam *loquor* ſecundum principium juris humanum, Teſtamenta morte confirmata non eſſe reſcindenda v. 15. Si id nimirum ita ſeſe habet: *Teſtamentum* illud Abrahamo traditum & *ante* annos 430. commorationis Iſraëlitarum in Aegypto juramento & toties repetitis promiſſionibus

F *con-*

(e) *In porta erat locus, vbi judicia exercebantur, & Reges ſedebant militibus ſuis & miniſtris ſtipati*, Poli Synopſ. Crit. ad h. l.

confirmatum a DEO immutabili, *vt CHRISTO innixum* ejusque morti, quæ nunc quidem reapſe confecuta eſt, at & tunc non ſolum viuis repræſentationibus ſed & virtute ſua atque euentu longe certiſſimo tam præſens reddita fuit quam ſi jam oppetita fuiſſet, *poſt annos* illos *quadringentos triginta* ab vltima confirmatione *promulgata Lex* Moralis cum annexis *non*, imo multo minus *facit irritum*, ita *vt* hæreditas poſthac ex Lege contingat, atque ſic *abrogata ſit promiſſio. Nam ſi ex Lege hæreditas*, *nequaquam*, nec vnquam, Rom. XI, 6. *data eſſet virtute promiſſionis. At Abrahamo hæreditatem DEVS per promiſſionem gratuito donauit*, & in fine hujus vitæ actutum fruendam tradidit. *Quorſum igitur*, inquis, *Lex? Transgreſſionum gratia*, vel ob transgreſſiones *adjuncta eſt* in prædicatione cumprimis Verbi Diuini ad promiſſionem vel Euangelium, vt homines lege perterriti peccatorum agnoſcant cum multitudinem tum grauitatem, Rom. III, 20. IV, 15. *vſque dum venerit ſemen*, *cui promiſſio facta eſt*, vſque dum homines per fidem in CHRISTVM fiant ſemen Abra-

Abrahami, *edicta* vel promulgata, *præſentibus* in monte Sinai *Angelis*, 2. Tim. II, 2. ſub ſpecie fulgurum & ignis fumantis apparentibus, ſonitumque tubæ excitantibus, Exod. XIX, 16 ſeqq. Præſentibus in monte Angelis, quod hiſce Lex nullum injiceret terrorem: non autem præſentibus ibi Iſraëlitis, qui potius capitis pœna vel ab ipſo montis extremo repulſi ſunt, Exod. XIX, 12. & perterrefacti procul ſteterunt, Exod. XX, 18. Quibus Moſes, DEVS, inquit, venit (hoc modo terribili), vt vos Ejus timor ob oculos propoſitus a peccando deterreat, ibid. v. 20. Igitur Lex promulgata eſt, præſentibus tantum in monte Sinai Angelis, *per manum* Gal. III, 11. *Viri intermedii* (f), Moſis, ſtantis eo tempore inter JEHOVAM & inter Iſraëlitas, quia timebant ſibi ab igne, Deut. V, 5. vt Legem literis conſignatam populo traderet, Exod.

 XXIV,

(f) *Μεσίτης vocatur, qui eſt medius inter duo. Ita Johannes Baptiſta, quia medius fuit inter vetus & nouum Teſtamentum, a veteribus μεσίτης appellatur*, Suiceri Theſaur. Eccleſ. p. 342. *Suidas*: *Μεσιτεύειν, ἀνὰ μέσον κεῖσθαι*, ibid.

XXIV, 4. 7. XXXII, 15. 16. Deut. IV, 12. 13. 14. *Vir autem intermedius non eſt vnius, at DEVS vna pars eſt* duarum hic inter ſe diſſidentium. Quapropter non fruſtra dictum: per manum μεσίτε; vt ſcilicet ſignificetur, adfuiſſe qui Viro intermedio indigerent ob terrorem a Lege incuſſum, ideoque de conciliatione inter DEVM & ſe per Legem deſperarent. *Ergone Lex contraria eſt DEI promiſſis? Nequaquam.* Neutiquam igitur, vt ex dictis apparet, Lex contraria aut impedimento eſt Euangelio. *Si enim data Lex eſſet, quæ vitam conferre,* & veram in DEVM fiduciam hominibus poſt lapſum ingenerare *poſſet*: *ſecundum* ipſam *eſſentiam* & formam ſuam *ex Lege eſſet juſtitia. Verum concluſit* dudum, & non ſine comminationibus grauiſſimis comprehenſa docuit *Scriptum*, litera illa occidens, 2. Cor. III, 6. *omnia* hominum cogitata, verba & opera, *ſub peccato, vt promiſſio per fidem in JESVM CHRISTVM*, ad quam admittendam Lex ita præparat, *daretur credentibus. Antequam autem veniſſet fides* in CHRISTVM ſaluifica, adeſſet & animos occuparet, Rom. VII, 9.

1. Cor.

1. Cor. XIII, 10. *ſub Lege* ejusque maledictione & imperio acerbo *cuſtodiebamur*, ita (g) obſidebamur, vt omnes aditus & exitus hoſtiliter nobis eſſent occluſi, *ſumma neceſſitate adacti ad fidem*, in nobis *patefaciendam*, Rom. VIII, 18. 2. Cor. VII, 12. *Lex ergo* (h) *pædagogus noſter fuit* & cuſtos *vſque ad CHRISTVM*, Joh. XIII, 1, *vt* a Lege ad poenitentiam ducti *ex fide* in CHRISTVM juſtificaremur. *Poſtquam autem venit* hæc *fides* juſtificans in corda noſtra, *non amplius ſub pædagogo*, non amplius ſub Lege *ſumus*, Gal. V, 18. 23. Hæc an ita comparata ſint, vt de iis poſt argumentum a maledi-

(g) Significatus hoſce Verborum φρουρεῖν & συγκλείειν, ſequente Præpoſitione εἰς, adeo in apricum protulit Celeberr. Raphelius Annot. in N. T. ex Polybio & Arriano p. 518. ſeqq. vt non facile repertum iri credam, qui aſſenſum ipſi ea in re denegauerit.

(h) *Plutus apud Lucianum Timone p. 67. ſeſe quaſi ab aſſiduis & moroſis Pædagogis obſideri ab auaris conqueritur. Imperioſi erant denique Pædagogi, qui etiam in exigui momenti rebus magna ſeueritate vtebantur. Talis erat pædagogus Claudio appoſitus, qui quibuscunque de cauſis eum quam ſæuiſſime coërcebat, teſte Suetonio cap.* 2. Jacob. Elſneri Obſervat. S. in N. T. Tom. 2. p. 186.

ledictione ductum vel verbum addere ſuperuacaneum fuiſſet, quæ quidem noſtri Authoris eſt opinio (i), judicent alii.

§. VII.

Nouam autem is ſuam interpretandi artem, quamuis maxime pernicioſam, non ſolum adhibet in Epiſtola ad Galatas, ſed & 2. Cor. III, 9. 11. vbi per διακονίαν τῆς κατακρίσεως intelligit Legem Forenſem vel pœnalem, & per διακονίαν τῆς δικαιοσύνης Legem Moralem & Ceremonialem (k): quod ipſum Authoris librum non inſpicientibus incredibile dictu videri poſſit. Nec dulciſſimæ Seruatoris ac DOMINI noſtri parabolæ artem illam turbandi, eneruandi & peruertendi omnia effugere valent. Quippe Parabolam de Operariis in vinea Matth. XX, 1 ſeqq. ita interpretatur, Seruatorem hic ſilentio præterire cuncta argumenta a vanitate meriti proprii petita (l), parabolam nihil prorſus ſignificare, ſed tantum illuſtrare inſtar parabolarum de Oeconomo callido &

(i) Biblioth. Lubec. Vol. V. p. 60.
(k) Conc. P. 2. p. 43. 44.
(l) l. c. p. 152.

& Judice iniquo Luc. XVI, 1 ſeqq. XVIII, 1 ſeqq. idcirco nulla plane explicatione indigere (m); verba, *Multi vocati, pauci electi*, eſſe proverbium Judaicum, nam aliter accepta non poſſe pari modo Matth. XXII, 14. applicari (n), licet origo hujus prouerbii ſit incognita. Itaque verba illa nulla hic gaudere emphaſi, nec plus continere, quam ſi ὁ Σωτὴρ omiſſo prouerbio dixiſſet: non omnes tales ſunt, quales eſſe debebant (o). Sic de beatis Matth. XX, 16. enunciata belle quadrare ad damnatos Cap. XXII, 14. (p) De nulla autem re minus hic aut illic CHRISTVM loqui, quam de electione ad ſalutem, vel primum docere intuitum (q). Hæc quoque omnia pro tam firmis habet Author, vt præter obſcuritatem ſtyli aſſenſionem Eruditorum nihil poſſit morari (r).

F 4 §. VIII.

(m) p. 136 ſeq.
(n) p. 139. (o) p. 141.
(p) p. 142 ſeq. (q) p. 139.
(r) Conce. P. 2. Præf. p. 2.

§. VIII.

At quanta eſt ſermonis leuitas, exilitas & paupertas, quam in iſtis commentis tam temere ei tribuit, cujus quot verba tot ſunt pondera! Talia ſane non auſus eſt Campegius Vitringa, qui ipſas de Oeconomo & Judice iniquo parabolas haud immerito ſtatuit ſignificantes (s), tametſi in eruendis veris ſignificatibus infelix. Etenim vt Luc. XIIX. vidua Chriſtianos fideles, præcipue extremorum temporum, & Judex iniquus Principes ethnicos repræſentat: ita Oeconomus Luc. XVI. hominis pœnitentis imago eſt. Hic ſcilicet ad recuperandam Domini gratiam talem iniit rationem. Agnita magnitudine miſeriæ & vanitate ſpei in proprias vires vita perdita amiſſas aliosque homines vtpote crimina priſtina ſemper exprobraturos v. 3. collocatæ, in vnica Domini bonitate opem quærere ſtatuit. Qua fretus, bonis, quæ adhuc in poteſtate ſua erant, noluit vt antea abuti. In primis autem, maximum ſe Heri ſui debitorem eſſe per-

(s) Verklaring van de Euangeliſche Parabolen cum Annot. Joh. d' Outrein Par. 22. p. 713 ſeq. & Par. 24. p. 745.

perpendens, conſultum duxit, vt dona debitoribus a Domino dudum deſtinata ſed a ſe injuſte retenta ſine mora iis traderet. *Scio*, inquit, *quid facturus ſim*, *vt*, *quando depoſitus fuero ab Oeconomia*, δέξωνταί με Dominus meus cum debitoribus ſuis benigne ſubleuatis *in domos ſuas*. *Aduocans itaque ad ſe vnumquemque debitorum Domini ſui*, *dixit primo*, *quantum debes Domino meo? Hic vero dixit*, *centum batos olei*. *Tum dixit ei*: *Accipe*, quæ Heri tui eſt benignitas, *chirographum tuum* e manu mea, *& ſede continuo & ſcribe* aliud, quod ſummam debiti teſtetur minorem, κ. τ. λ. Quo factum eſt, vt non ſolum debitores Oeconomo eximie favere inciperent, eumque inter gratiarum actiones ad Dominum laudarent, ſed & hic, prudentia Oeconomi & fiducia qua nunc quidem mandata Heri executus fuerat delectatus, ejus miſericordia caperetur, eumque in domicilia debitorum, quæ ipſius Domini erant debitoribus clementer conceſſa, recipi juberet. Conf. Deut. XV, 16. 17. Ita intellecta parabola ſcopo CHRISTI ma-

F 5 xime

xime reperietur conſentanea. Quare multo magis ſignificatus ampliſſimos ibi conuenit quærere, vbi non ſolum præmittuntur verba ὁμοία γάρ ἐςιν ἡ βασιλεία τῶν ὀυρανῶν, ſed & parabolam ſequitur vox ὄυτως. Notetur autem, denarium Matth. XX. ordinariam mercenariorum mercedem multum exceſſiſſe, quod conferentibus Apoc. VI, 6. Joh. VI, 7. 10. facile patebit. Hunc denarium acceperunt quidem, qui fremebant contra patrem familias, h. e. accipere juſſi ſunt, vel ſibi oblatum viderunt, Matth. XXVII, 6. ſed vt donum gratuitum omnino repudiarunt: nam ſi res ſe ſecus haberet, non dixiſſet paterfamilias ἆρον; vnde & illis adſcribitur oculus malus. Ita haud pauci in fine hujus vitæ Vitam æternam vt purum putum χάρισμα renuunt amplecti, atque ſic in altera vita vt πονηροὶ erunt vltimi ac reprobati, etiamſi in vocatis fuerint primi. Multi nimirum ſunt vocati ad Regnum Cœlorum, nam vocati ſunt omnes efficaciter, & in illis multi non vocati fruſtra. At quia horum multi ſuis nituntur meritis æque ac operarii fremebundi, quia multi hypo-

hypocritæ ſunt & vera vel conſtanti in CHRISTVM fide deſtituti, quemadmodum Rex inter vocatos ad Filii nuptias animadvertit nuptiali veſtitu non indutum Matth. XXII, 11. ideo pauci tantum ſunt electi ad gloriam. Nam DEVS non niſi CHRISTI merito vnice confiſos & in fide hac vſque ad vitæ præſentis finem perſeuerantes elegit. Hæc autem propoſuit CHRISTVS, vt ex Apoſtolorum animis meriti proprii deleret opinionem, cujus haud obſcura indicia in verbis Petri apparent Matth. XIX, 27. 30. XX, 16. Quomodo igitur Salvatori ſapientiſſimo ſe excuſabit, qui verba Ipſius vero priuare nucleo conatur? Quomodo ſe excuſabit Eccleſiæ puriori, qui aliena prorſus atque inaudita vocibus κλητοὶ καὶ ἐκλεκτοὶ ſignificatione affuſa dictum Scripturæ S. claſſicum in prouerbium Judaicum conuertere non erubeſcit? Nec Zehnerus (t), nec Schottus (v), nec Vorſtius (u) fuerunt tam perſpicaces, vt hoc pro-

(t) Qui edidit Adagia S. ſ. Prouerbia Scripturæ; item Similitudines Biblicas, quæ Adagiorum vicem obtinent. (v) in Adagialibus Sacris. (u) in Diatriba de Adagiis N. T. inſerta Faſciculis Crenii.

prouerbium viderent. Sed nec difficile eſt, illo modo quæuis Scripturæ. S. dicta in dicta humana transformare.

§. IX.

Idem Orator Theologus docet, Spiritum S. dari in Scriptura S. idem eſſe, ac Spiritum S. præſentiam ſuam noua quadam operatione patefacere (x). Ex quo cognoſcitur, eum illis accedere, qui approximationem ſubſtantiæ Diuinæ hujusque varios gradus negant, eoque ipſo grauiſſimis erroribus, præſertim in doctrina de vnione duarum Naturarum in CHRISTO & de Sacramentorum materia cœleſti, viam aperiunt. Alibi puerilia cogitata appellat, ſi quis in Ceremoniis Eccleſiæ noſtræ vel minimum reperiri exiſtimet, quod ad colendum DEVM pertineat (y). Controuerſiam quoque de Illuminatione hominis non renati, in qua quidem cardo

(x) Conc. P. II. p. 35.
(y) Conc. l. c. p. 51.

cardo Pietiſmi vertitur, pro λογομαχία habet (z). Sed tempus eſt hujusmodi excerptorum facere finem: quæ in medium protuli, partim quia Eccleſia facile aliquid detrimenti ex illis capere poteſt, partim vt appareat, cujus armaturæ ſit miles, qui Chronologiæ noſtræ bellum indixit.

(z) l. c. p. 206.

CAPVT

CAPVT VI.

De firmo Chronologiæ præſidio in poſitu Hebraicorum Accentuum.

Summaria.

Ambiguitas Scripturæ S. impacta, at Cappellus celebratus §. 1. Nouus vocis proinde ſignificatus, & bella finis 40. annorum in annum 49. transfiguratio: Annotator pro Cappelliſta habitus §. 2. De Accentibus Hebræorum Annotatoris ſomniis oppoſita repræſentatio tabularis Accentuum Pſalm. XII, 7. 1. Reg. VI, 1. §. 3. Annotatoris artes Sophiſticæ §. 4. Notationis temporum 1. Reg. VI, 1. Liphrat katon facta ſumma euidentia §. 5.

§. I.

DEUS quidem, qui omnis etiam ſcriptionis rationem aliquando repoſcet, optime nouit, qua re Annotator compulſus eam cumprimis Chronologiam confingendam ſibi propoſuerit, quæ in publicum prodiit, vt integritatis Scripturæ S. teſtis eſſet & vindex, & variis Verbi Diuini hoſtibus intercluderet frequentia præ aliis perfugia. Nunquam ſane Vir doctiſſ. a me læſus,

læſus, nec ex facie adhuc mihi cognitus eſt. Interim ex editis ejus contra me paginis magnam aduerſus Sacras Literas reuerentiam colligere non licet. *Ambiguitate*, inquit, *verbum DEI carere nunquam audiui* (a): quaſi audiuerit tantum Schmalcios (b), Limborchios (c), Caniſios (d), Weigelios (e); nec vnquam viderit, quantum impendit laborem B. Glaſſius (f), vt Jeſuitæ Huntlæi de Scriptura S. criminationes retunderet, euinceretque, ſermonis genus, quo

(a) Annot. ad Hypotyp. p. 44.

(b) *Schmalcius* CHRISTO ſtudioſe affectatam ambiguitatem tribuit. Aſt ſtudio ambigue loqui non CHRISTI, ſed Sophiſtarum eſt, ſecundum B. Quenſted. Syſtem. P. I. p. 120.

(c) *Limborchii* verba ſunt: *Scripturæ phraſes nonnunquam ſunt ambiguæ.* Sed contendens contra eum B. Franckius, *Falſum eſt*, inquit, *voces ac phraſes, quibus DEVS mentem ſuam declarauit, diuerſum ſenſum recipere*, Exerc. Anti-Limborch. I. p. 49. 52.

(d) *Caniſio* Scriptura S. eſt velut naſus cereus, non præbens certam ſcientiam, ſed quæ in quamuis interpretationem flecti poſſit, Op. Catech. p. 44.

(e) *VVeigelius* Scripturam vocat ambidextram & flexiloquæ atque ambiguæ obſcuritatis accuſat, teſte B. Gerhardo Exeg. Loc. I. de Script. S. §. 435.

(f) Philol. S. Libr. I. Tract. 3. Sect. I. p. m. 190 ſeqq.

quo Spiritus S. in Scriptura S. vtitur, planum, perſpicuum & ab ambiguitatibus liberum eſſe. Et ſerio quidem illa ab Annotatore eſſe ſcripta, tot interpretationum Biblicarum, quæ excogitauit, portenta ſatis arguunt: quemadmodum & ipſe ambiguum dicendi genus, id forſan pro virtute ducens, haud raro in ſcriptis ſuis ſectatur. Nec mirum eſt ita ſentire, qui de Codicis Sacri Hebræi Accentibus tam ſiniſtre ſentit, et Ludouico Cappello inter ſummos Viros primum concedit locum (g).

§. II.

Hunc honorem Cappello delatum non amittant ex animo, qui Annotatoris excuſationem de Accentibus & querelas de facta ipſi ea in re injuria (h) legerint. Sed & verba ſatis ſunt aperta (i), *Primum enim ac præcipuum interpretationis ſuæ præſidium ex accentibus arceſſit*, quod *PROINDE* h. e. ob

(g) Annotat. p. 43.
(h) Vid. Fortgeſetzter Sammlung von A. und N. 1729. p. 1276 ſeqq. it. 1730. p. 484. ſeq. & Hamb. Ausz. P. 14. p. 92.
(i) Hypotyp. p. 7.

ob cauſam modo dictam, quia ſcil. ex accentibus illud arceſſit, *quo loco habendum ſit*, *nemo non intelligit:* etſi Noſter reſpectu poſtea dicendorum ita ſe ſcripſiſſe perhibet. Lepidos profecto nactus ſum aduerſarios; nam alter vitio mihi vertit vſum vocabulorum *putare*, *credere*, *arbitrari*, *credibile* (k), quamuis non ſine ratione adhibitorum; alter in ea ſignificatione verba vult accipi, quam totus terrarum orbis adhuc ignorat. Quippe ſcire debebam, PROINDE idem eſſe ac *ob cauſam poſtea dicendam.* At quis vnquam vocem iſtam ita vſurpauit? Neſcio, an majori jure Annotator, vt probet me non vbique parem ad perlegenda ipſius ſcripta attentionem attuliſſe, prouocare potuerit ad verba ſua (l): *Non extra fidem eſſe puto*, *Annum quadrageſimum nonum finem heic dici quadraginta annorum*, *eo quod HOC anno*, *in annorum jubilai ſupputatione*, *minores numeros majori HVIC jungere deſinerent*, *& quadraginta*, *hoc ſenſu*, *annos profligarent*;

G quæ

(k) Biblioth. Germ. T. XVII. p. 71.
(l) Hypotyp. p. 62.

quæ ſecundum tritam Grammaticorum regulam interpretatus ſum, quod Pronomina Demonſtratiua ad duo ante poſita ita referenda ſint, vt Pronomen *Hic* ad propius & Pronomen *Ille* ad remotius denotandum adhibeatur. Hanc ſcilicet mentem Authoris eſſe cenſui: Annum 49. finem heic dici 40. annorum, eo quod hoc anno 40. minores numeros majori huic jungere deſinerent, & 40. hoc ſenſu annos anno 49. profligarent. Talem autem interpretationem eo celerius arripere potui, quod alia non ſolum magis monſtroſa, ſed & nonnullis ipſius Hypotypoſeos locis contraria eſſet. Vtrum enim facilius eſt ad diuinandum? Dari, cui finis 40. annorum ſit poſtrema annorum Cycli decas annum 40. excipiens? an dari, cui finis ita ſit annus vltimus, vt 40. anni denotent expreſſionem anni quadrageſimi in numerando poſt triceſimum? Sane, ſi finis 40. annorum idem eſt ac vltimus expreſſionis anni 40. vel vltimus adjectionis numeri minoris ad 40. nihil impedit, quo minus & annus quadrageſi-

geſimus primus dicatur primus vel initium quadraginta annorum, & annus decimus nonus finis decem annorum. Sic Hagar Abrahamo juncta fuit, non anno decimo, ſed anno 19. commorationis in terra Canaan, Gen. XVI, 3. Sic Iſraël, non anno 430. ſed 439. ex Aegypto exiit, Exod. XII, 41. Sic Salomo non viginti annos ædificationi Templi ædiumque ſuarum impendit, ſed vndetriginta, 2. Chron. VIII, 1. Itaque judicent cordati, an erratum meum in ſententia Noſtri de fine 40. annorum tanti ſit, vt ſalua modeſtia illud vt indicium expromere potuerit, nihil minus quam ἀκρίβειαν in proponendis aliorum ſententiis à me expectari poſſe (m). Significatus certe vocis *Proinde* vnice vſitatus, & mox addita Authoris declaratio, quod pertinaci de accentibus concertationi, finem fortaſſe, vt opinatur, non habituræ, ſe immiſcere nolit, cum concertatio hæc in primis ſit de origine & authoritate Accentuum Diuina, me ſatis ſuperque in eo excuſatum reddent,

(m) Annot. p. 65.

quod putaui, Authorem in ſequentibus, vt *κατ' ἄνθρωπον* diſputaret, patronis ſententiæ, quæ alias ipſi parum cordi, tantiſper accedere, quemadmodum in Hypotypoſi (n) ſe iis *tantiſper* accedere ait, qui Abrahamum anno Tharæ 130. natum eſſe contendunt. Nec aliter intellexit Noſtri verba Alphonſus Berolinenſis, qui ideo illum vt fidum in caſtris Cappelli commilitonem, quamuis occultum, haud obſcure laudauit (o).

§. III.

Vtinam meliora edoctus ſententiam mutaſſet! Hujus tamen rei nullam fere in Annotationibus ſuis ſpem præbuit, non ob-

(n) Præf. p. 3.

(o) *M. H.* inquit, *Miniſtre à Hambourg, contre qui M. K. a, principalement, écrit ſa Defenſe, l'ayant remarqué, a dit, là - deſſus:* quod, quo loco habendum ſit, nemo non intelligit. *Cela eſt aiſé à entendre. Jl ajoûte.* Pertinaci quidem de Accentibus concertationi finem fortaſſe non habituræ nos immiſcere nolumus. *Cela n' eſt pas moins inteligible: & on comprend, facilement, qu' vne ſage politique l' oblige à ſe ménager avec ſes Collégues.* Biblioth. Germ. T. XVII. p. 64.

obſtante mirifica illa gloriatione de nouis in doctrina Accentuum obſeruatis & porro obſeruandis (p). *Quod ad Accentuum auctoritatem attinet*, inquit, *tantum abeſt vt ea K. ſententia proſit, vt pro mea potius vtramque faciat paginam, id quod ad §. 14. Sect. 2. demonſtraui* (q). *Vlterius ad* §. 14. *euictum eſt, nullo prorſus loco habendum hoc præſidium*, quod K. ſcil. in Accentibus 1. Reg. VI, 1. ſibi datum eſſe perſuaſum habet (r). *Ex accentibus nullum accedere præſidium, indicauimus* (s). Imo *tantum abeſt vt dubiis noſtris* K. hic *ſatisfecerit, vt robur potius & pondus addiderit grauiſſimum* (t). Parturiunt montes; quid naſcetur? Nimirum, quia K. concedit, obtinere *diſtinctionis* ſignum inter annos epochæ ipſamque epocham, ideo fatetur (v), in omnibus temporum notationibus accentus diſtinctiuos *conjunctiuorum* poteſtatem habere: & hoc probato, ab omni etiam dubio remotum eſt, majoris diſtinctionis ſigna fortius heic conjungere,

(p) Præf. p. 8 ſeq. (q) p. 4. (r) p. 7.
(s) Annot. p. 11. (t) p. 39.
(v) Hamb. Ausz. P. 14. p. 93.

conjunctiuos vero accentus diſtinguere (x). *Demonſtrabimus*, inquit, ipſum Athnachum de ponte dejiciens (y), *in temporum notationibus diſtinctiuos accentus vim conjungendi habere.* Si quis vero medios terminos adhibiti ratiocinii requirat, nullos inueniet, niſi quod Annotator in præfatione (z) excidere ſibi paſſus eſt verba, annos epochæ cum ipſa epocha omnino conjungendos eſſe. Atque hæc eſt demonſtratio illa magna & toties jactata, qua Annotator vniuerſam meam Chronologiam tanquam vno ictu proſtratam jacere autumat. Egregia vero demonſtratio, ſiquidem ſomniis demonſtrare poſſis te eſſe Regem. Scilicet ſecundum Annotatoris placita e. c. Hagg. II, 1. Darga diſtinguit עשרים a וארבעה, & Tiphcha vocem לחדש fortius conjungit cum בששי, quam Tebhir vocem וארבעה cum לחדש: quæ tam abſurda ſunt, vt nihil videam, quod putem conferendum. Longe alia eſt Accentuum ratio; quam qui ex

(x) Annot. p. 41. ſeqq.
(y) p. 23. (z) p. 7.

ex conſtituto ignorare nolunt, conſiderent e. g. dictum Pſalm. XII, 7. *Sermones JEHOVAe ſermones ſunt puri, ſicut argentum conflatum in tigillo terræ, purificatum bis ſepties.* Nonne omnia hæc verba vna propoſitione, vt membra humana vno corpore, ſunt conjuncta? Propterea tamen Logicus non intermittet diſtinguere in illis duo comparata, & in altero Subjectum & Prædicatum, in altero ſimile & præcipuum comparationis tertium, iterumque in illo rem & circumſtantiam loci, in hoc actum & circumſtantiam numeri: quæ diſtinctiones ad vnum omnes diuerſis ibi dignitatis Accentuum Metricorum gradibus, exemplorum conſpiratione ſat firmatis, luculenter indicantur. Vt vero rerum talium imperiti, quid ſibi velint Hebræorum Accentus, vel manibus palpare poſſint, en Accentuum in dicto illo rationem hac Tabula repræſentatam:

Schema ὑποδιαςολῆς Accentuum Pſalm. XII, 7.

1) Sermones JEHOVAE ſermones ſunt puri: *Merca Mahp:*

a) *Sermones JEHOVAE* — — *Sarka.*

b) *ſermones ſunt puri:* — *Merca Mahp:*

2.) ſicut argentum conflatum in tigillo terræ, purificatum bis ſepties. *Silluk.*

a) ſicut argentum conflatum in tigillo terræ, — — *Athnach.*

aa) *ſicut argentum conflatum* *Tiphcha.*

ab) *in tigillo terræ,* — *Athnach.*

b) purificatum bis ſepties. — *Silluk.*

ba) *purificatum* — *Rebbia ger:*

bb) *bis ſepties.* — *Silluk.*

Similiter 1. Reg. VI, 1. Accentus hanc præcipiunt Paſuci diſpoſitionem:

Schema ὑποδιαςολῆς Accentuum 1. Reg. VI, 1.

1.)

1.) Et factum eſt 480. anno, poſt exitum Iſraëlis ex terra Aegypti anno quarto, menſe Siv, (is menſis alter); cum regnaret Salomo Iſraëli: —— —— *Athnach.*

A.) Et factum eſt 480. anno, poſt exitum Iſraëlis ex terra Aegypti anno quarto, menſe Siv, (is menſis alter); *Sakeph.*

a) Et factum eſt 480. anno, poſt exitum Iſraëlis ex terra Aegypti anno quarto, menſe Siv, *Rebbia.*

aa) Et factum eſt 480. anno, poſt exitum Iſraëlis ex terra Aegypti anno quarto, *Gereſch.*

aaa) *Et factum eſt* 480. *anno*, *Paſer.*

aab) *poſt exitum Iſraelis ex terra Aegypti anno quarto*, —— —— *Gereſch.*

ab) *menſe Siv*, —— *Rebbia.*

b) (is menſis alter); —— *Sakeph.*

ba) (*is* —— —— *Jethibh.*

bb) *menſis alter*); *Sakeph.*

B.) cum regnaret Salomo Iſraëli; *Athnach.*

a) *cum regnaret Salomo* —— *Tiphcha.*

b) *Iſraëli*: —— —— *Athnach.*

2.) & ædificauit is domum illam JEHOVAe. —— —— *Silluk.*

A.) *& ædificauit is domum illam* *Tiphcha.*

B.) *JEHOVAe.* —— —— *Silluk.*

Contrahe jam ſingula Tabulæ membra in Terminos Logicos, & habebis analyſin Textus ab ipſo Spiritu S. ſuppeditatam & intentam. Nam hoc etiam atque etiam tenendum eſt, Accentuum poſitum non dependere principaliter a Conſtructione Grammatica, ſed ab ordine illo Idearum Logico, quem Spiritus S. præcipue intendit. Idearum varius datur ordo, ſed non vnumquemque ſcriptor præcipue intendit. Itaque cum nonnunquam ordinem illum nemo, præſertim vſque ad toties repetitas diviſiones, ſine facto ab ipſo ſcriptore ejus rei indicio pernoſcere poſſit, quilibet videt, ipſam Accentuum naturam prodere conſecutionis, qua in Scriptura S. gaudent, originem Diuinam. Quod ſi autem notæ diſtinctionum inter quodammodo conjuncta poſitæ vim diſtinguendi amittunt: nec Latinorum colon inter antecedens & conſequens nota diſtinctionis erit, totumque Accentuum ſyſtema in confuſum recidet chaos. Manifeſtum igitur eſt, Anno-

tato-

tatorem, difficiles ejusmodi nugas publico propinantem vel Accentus Codicis Sacri ludibrio habere, vel de illis judicare, vt coecus de coloribus. Quantæ autem temeritatis & imprudentiæ ſit, ne quid gravius dicam, in tam vana de rebus non intellectis perſuaſione ſcripta edenda & in annalibus recenſenda extruere, hic nihil attinet eloqui.

§. IV.

Immota ergo atque immobilis manet Chronologiæ noſtræ veritas, quando Annotator argumentum ab Accentibus ſumtum, etſi forſan eam tantum ob cauſam, vt de prætermiſſis aut ſpretis reliquis ſe excuſet, pro principali habet. At ex mea ſententia non ſolum differunt inter ſe argumentum vel fundamentum primum & primarium, ſed & Chronologia noſtra, præter argumenta, ſi ſigillatim ſpectentur, variæ probabilitatis & inæqualis roboris, aliis permultis nititur argumentis æqualis fere firmitatis ac ponderis, adeo vt difficile ſit

ſit dicere, quid in his ſit anteferendum cæteris. Quam impudens autem Annotatoris ſit gloriatio de nulla a ſe diſſimulata objectione, neminem, qui Defenſionem meam perlegerit, præterire poteſt. Nam ne dimidiam quidem Defenſionis meæ partem attigit, & quæ attigit, partim perverſe propoſuit, partim peruerſis Scripturæ S. interpretationibus declinare conatus eſt, partim nuda contradictione, inani repetitione, ventoſa ſuperbiloquentia, aliisque artibus Sophiſticis ſatis refutata exiſtimauit: minima vero ex parte ſe æquum & laudabilem præbuit opponentem. *Annorum rationes*, inquit, *in Patrum ſcriptis*, monumenta ſcil. Veterum in rebus Hiſtoricis, *merito rejicio* (a). *Ad ea reſpondere, hominis foret, otio ſuo intemperanter abutentis* (b). *Ejusmodi argumenta ad limam non reuocamus* (c). *Theophili teſtimonium non moramur* (d). Quoties crepat etiam demonſtrationes ſuas phantaſticas? Quoties nodum quærit in ſcirpo? Quoties, dum culices captat, came-

(a) Præf. (b) p. 11. (c) p. 26. (d) p. 29.

camelos deuorandos obtrudit? Poſtremo, vt Chronologiæ meæ eo magis noceret, Hiſtoriam controuerſiæ, quæ mihi cum ipſo intercedit, quaſi tertius quidam a ſtudio partium vacuus, lingua Germanica vſus compoſuit atque edendam curauit: nam ſtyli & ratiocinationum natura Authorem illico prodit. Ibi concluſiones noſtras ex 1. Reg. VI, 1. de quibus Annotator perſonatus ex Chronologiæ S. p. 309. & Defenſionis p. 99. exponere debuiſſet, earum rationes ſtudio celans & intercalares arbitrarios mihi falſo tribuens ita deformauit (e), vt ſic quidem enarratæ nemini placere poſſint. At non facile doloſis ejusmodi conſiliis decipientur ſapientes, nec ſapiente dignum judicabunt proculcare, quæ non refellere poſſis.

§. V.

Ita Annotator nihil reſpondere potuit ad argumenta noſtra, quibus probauimus, an-

(e) maxime in den Monathl. Ausz. P. XIV, p. 85. 87.

annum 480. 1. Reg. VI. eſſe annum mundi, ducta ab innocentia hypotheſos, a duplici apud Hebræos anni initio, ab vſitato in Scriptura S. dicendi genere: & quæ ad reliqua poſt fruſtra impugnatos Accentus reſpondit (f), ſtantibus his pariter ac illis, nihil efficiunt. Fieri potuiſſe, vt pii Iſraëlitæ tempore Dauidis in tanta, qua tunc gaviſi ſunt, rerum Chronologicarum luce annos Mundi conditi prorſus negligerent, & annorum numeros in Pentateucho Moſis nauci haberent, theſis eſt, cujus vltima analyſis non niſi in hoc principium recidit, quod idem ſimul poſſit eſſe & non eſſe. Vbinam autem dixi, Hebræos primum ſeculi cujusque annum nullo prorſus deſignaſſe numero? Num ſi quis rem vnius vel primi anni appellet anniculam, inde neceſſario colligendum eſt, eum nunquam primum annum deſignare numero? Sed Annotator pergit: *Eadem profecto opera demonſtrari poſſet, promiſſionis Abrahamo facta epocham, in obſcurioribus temporis notationibus, qua-*

(f) p. 39. 42.

quærendam eſſe. Cujus vero promiſſionis? Ante introitum in terram Canaan, an poſt introitum? Porro ſi ante introitum, promiſſionis prioris Gen. XI, 31. an poſterioris Gen. XII, 1. ſeqq? Si poſt introitum, an illuſtrioris Gen. XXII, 16. ſeqq. an minus illuſtrium Gen. XIII, 14 ſeqq. XV, 5. XVII, 4 ſeqq. XVIII, 18. XXI, 12? Fiat periculum in qualibet: ſed ſaluis omnibus Scripturæ S. dictis, ſaluis tot Veterum monumentis. Addatur quoque exemplum ductæ vnquam a promiſſionibus Diuinis Epochæ, & libenter victas dabo manus. Vnum aliquam præ ſe fert ſpeciem: quando ſcilicet Aduerſarius obuertit, in more poſitum eſſe Hebræis, annorum numerum epochæ præmittere. Concedimus id, intercedente Præpoſitione, & de epocha ſolitaria. Verum 1. Reg. VI, 1. duæ epochæ junguntur quam proxime, quarum altera ad euitandam confuſionem emphatico quodam modo indicanda fuit: quare nec ל in לצאת vicem Præpoſitionis hic proprie ſupplet, ſed idem potius eſt ac *reſpectu*,

vel

vel *quod attinet quod.* In eo ſane ſignificatu Particula illa ſæpenumero occurrit (g): nec cauſa excogitari poteſt, cur eam ad diſtinguendas epochas hoc modo adhiberē nefas fuerit. Vertantur igitur verba: *Et factum eſt* 480. *anno*, *reſpectu exitus ex Aegypto anno* 4. Interim eundem ſenſum exprimit Epocha cum Præpoſitione *poſt* numero annorum in ſermone Latino emphatica ratione præmiſſa, vt nihil impediat, quo minus & ſequentem verſionem retineamus: *Et factum eſt* 480. *anno*, *poſt exitum Iſraëlis ex terra Aegypti anno quarto*; *menſe Siv*, *qui menſis alter: cum regnaret Salomo Iſraëli.*

(g) Exempla dedit Jac. Guſſet. Comment. Lingu. Ebr. p. 417. & Chriſtian. Noldius Concord. Partic. p. 458.

CAPVT

CAPVT VII.

De Jubilæis imaginariis, & anno primo Sauli Regis Iſraël.

Summaria.

Chronotaxeos Rambamiæ fundamenta generalia §. 1. *Regularum de voce* שנה *in ſtatu conſtructo explorata veritas* §. 2. *Anni* 18. *Seruitutis Philiſtæo-Ammoniticæ Jud. X*, 8. *vindicati* §. 3. *Locus* 1. *Sam. VII*, 1. *ab Annotatore male mulctatus, at phraſis* בן שנה 1. *Sam. XIII*, 1. *recte a nobis explicata* §. 4. *Et annum Eli emortualem, & annum vncti pariter ac confirmati Regis Saul fuiſſe annum meſſium* §. 5.

§. I.

Cum igitur Chronologia noſtra integritate loci 1. Reg. VI, 1. tam potenter ſuffulciatur, vt nihil ſuffulciri poſſit potentius: quomodo Chronotaxis Annotatoris firmo talo ſubſiſtere poteſt? Quomodo firmo talo ſubſiſtere, quorum fundamenta modo in aqua fallaciloquentiæ poſuit, modo in aëre figmentorum, modo in igne machinationum in Scripturam Sacram? Generatim Chronotaxis illa ſequentibus niti-

tur hypotheſibus. 1.) Locum Act. XIII, 20. vel in mendo cubare, vel nequaquam exhibere annos Judicum, ſed enunciationem per ſe longe clariſſimam ope enallagarum aut inauditarum quarumuis ellipſium in hanc transformandam eſſe paraphraſin: *Poſt hæc, annis non ſolum* 40. *v.* 18. *ſed & ante ac poſt, quaſi intra annos* 450. *facta*; vel *poſt præcedentia omnia quaſi annos* 450. vel *poſt præcedentia omnia, ſimilia annis* 450. *poſt mortem Jacobi* (h): *dedit Judices.* Quæ quidem loco opportuno pluribus examinabimus. 2.) Primum Iſraëlitarum Jubilæum fuiſſe annum 64. poſt exitum ex Aegypto: quod purum putum figmentum eſt, nec vllo idoneo teſtimonio confirmari poteſt; imo vel Legis Diuinæ ſanctioni Leu. XXV, 2. 3. aperte repugnat, vel eo tendit, vt perſuaſum habeamus, terram Canaan primis quatuordecim annis poſt Iſraëlis introitum incultam jacuiſſe, nec vllam tot annis ſementem aut meſſem in ea factam, ſed Iſraëlitas forſan vento paſtos eſſe. 3.) Jubilæum

(h) Annot. p. 12 ſeqq.

læum fuiſſe annum quemuis quinquageſimum. Huic ſententiæ oppoſuimus Canonem Theologicum, tacente Scriptura non eſſe fingenda miracula, & Regulam noſtram de voce שנת in ſtatu conſtructo. Reſpondere Annotatorem ad Canonem illum non memini: Regulas autem meas ipſi non placere, libere profitetur (i). Sed & artem ſuam deprauandi omnia hic exercet egregie. *Senſus eſt*, inquit, *literam* ב *nonnunquam ſignificare VSQVE AD POST MORTEM*: cum tamen vel leuiſſima locorum prolatorum inſpectio doceat, me ſignificatum τȣ̃ *poſt mortem* non in litera ב quærere, ſed in litera ל nomini Regis præfixa. Et quis quæſo phraſes hasce, *Vſque ad annum* 3. *a Joramo*, *vſque ad annum* 21. *a Jothamo*, auribus percipiens non ſtatim animaduertit, Reges intelligi defunctos?

§. II.

Itaque probo Regulam meam primo conſuetudine ſermonis. Deinde frequentia exemplorum, in quibus ב loco Præpoſitionis

(i) p. 47.

nis *vſque ad*, & ל loco Præpoſitionum *a*, *ex*, *poſt* (k), ponitur. Tertio clariſſima Scripturæ S. litera, quæ teſtatur, Joramum, Regem Iſraëlis, jam ante Joramum Regem Judæ regnaſſe, 2. Reg. VIII, 16. & Hoſeam Regem Iſraëlis decimo tertio anno Achaſi, qui filius fuit Jothami Regis Judæ, rerum potitum eſſe, 2. Reg. XVII, 1. Quapropter ſenſus locorum 2. Reg. I, 17. XV, 30. neutiquam eſſe poteſt, Joramum Regem Iſraëlis anno tertio regnantis Jorami Regis Judæ, & Hoſeam anno viceſimo ſecundo regnantis Jothami, qui præterea tantum annos 16. imperauit, 2. Reg. XV, 33. regnum obtinuiſſe. Quarto verbis Spiritus S. 2. Reg. XIV, 17. ex quibus ſatis intelligitur, annos Regum in populo DEI nonnunquam a morte alius Regis numeratos eſſe. Quinto ipſa veritate rei; nam negari nequit e. g. Hoſeam reuera vſque ad annum 21. poſt Jothamum defunctum regnaſſe. Sexto denique ſingulari illa conſtructione verborum, quam non niſi in duo-

(k) Vid. Nold. Concord. Partic. p. 164. 442. 449. 450. 455.

duobus hiſce locis ℞. Reg. I, 17. XV, 30. reperiri, adeo exploratum habui, vt Regulam meam idcirco ab omni quam vocant Inſtantia pronunciare liberam non dubitarem. Pari modo altera Regula mea de voce שנת in ſtatu conſtructo probatur primo, axiomate omnibus noto, DEVM & naturam nil facere fruſtra: quare nec credendum eſt, cum Scriptura S. voci שנת modo numerum ejusdem caſus modo Genitiuum adjungit, id fruſtra vel temere fieri. Tum proprietate literæ, quia *annus anni* manifeſte duos diuerſos annos, inter ſe tamen cohærentes, inuoluit. Deinde quam plurimis Scripturæ S. locis, vbi verba Spiritus S. vel in magnæ ſiue obſcuritatis ſiue inconſtantiæ ſuſpicionem vocantur, vel ſecundum Regulam meam explicanda ſunt (l). Quarto expreſſa Scripturæ S. litera, quæ e. g. שנת שלוש regni Jojakim Dan. I, 1. explicat per annum quartum Jojakimi Jer. XXV, 1. vt primum, quo Nebucadnezar Rex Babelis dici potuit. Poſtremo inſigni illa conſpiratione,

 qua

(l) Vid. Chronol. S. p. 127. ſeq. & Defenſ. p. 86.

qua fit, vt tametſi phraſis ea vel ſeptuagies occurrit, nulla tamen Inſtantia euinci poſſit, ita interpretata violari vnquam Scripturæ S. authoritatem. Quis ergo non videt, tam abſonam quam inuidioſam eſſe comparationem, qua Annotator Regulas noſtras adoritur ſcribens: *Quod ſi canonem darem exegeticum: Quando Rex dicitur* בן שנה *ſine addito numero, ſemper indicatur, eum anno* 16. *poſt mortem Eli regnum ſuſcepiſſe; non mirarer ab omnibus eum, qui ſapiunt, rejici, vtut nulla, quam vocant, inſtantia infringi poſſit.* Ita quidem Annotator fit αὐτοκατάκριτος, nec mirabitur, canonem ipſius: *Quando Rex dicitur* בן שנה *ſine addito numero, ſemper indicatur, eum anno Jubilæo regnum ſuſcepiſſe,* ab omnibus illis, qui ſapiunt, rejici. Attamen miror nouam hanc Logicam, ſecundum quam ex vnico exemplo Regulam conficere licet. Quod ſi autem omnino neceſſitatem mihi impoſitam ſentirem reſpondendi ad ejusmodi Canonem Inſtantia, illico inſtantiæ loco prolaturus eſſem ipſum locum 1. Reg. XIII, 1. nam annum illum non fuiſſe Jubilæum, non ſolum

ſolum ex ratione numerandi Jubilæos, qua vtitur Annotator, multis ſane nominibus improbitatis rea, ſed & ex aliis argumentis poſt hæc memorandis facile cognoſcitur.

§. III.

Quis crediderit, ejusmodi principiis prognatam Jubilæi epocham vel ſemel a ſacris ſcriptoribus adhibitam eſſe? Attamen Annotator id ſexies ab illis factum eſſe, ſe demonſtraſſe ait (m). Videamus igitur vindicationem demonſtrationum imaginariarum, non quod tanto hiatu digna contineat, ſed vt porro appareat, quam mirabilia quandoque ſint hominum ingenia, in primis autem, vt eo magis quorundam Scripturæ S. locorum lumine colluſtremur. Negat (n), Jud. X, 8. Athnachum eſſe Accentum Diſtinctiuum, quæ recitaſſe eſt refutaſſe. Negat, poſt Athnachum Præpoſitionem ב deſiderari: & tamen in interpretatione eam ſubaudit. Negat quæ dixi de

(m) p. 50.
(n) p. 23. ſeq.

natura Pronominis ההוא, requirente, vt per tempus eo notatum intelligatur tempus rerum in antecedentibus narratarum, quomodo & hoc Pronomen in ſimilibus prorſus locis Gen. XXVI, 12. 2. Chron. XXVII, 5. occurrit. Sed forſan proxime ſequentia verba cum ſequentibus aliis rebus ac enunciationibus, & quidem ea ratione confundit, qua Relatiuum *qui*, *quæ*, *quod*, reſpectu ſequentium ita appellari defendere poſſis. Negat (o), Paulum Actor. XIII, 20. octodecim annos ex hoc loco ad calculum reuocaſſe, ſed ſuppoſititii calculi ſui initium pariter ac finem ignorans. Nos ſimplicitatem ſequimur literæ, nec vnquam pio interpreti ab ea diſcedendum eſſe arbitramur, niſi maxima vrgeat neceſſitas. Qualis autem eſt neceſſitas, quæ nos jubeat ſtatuere, Jud. X, 8. ellipſi verborum וירעצו וירצצו ſatis manifeſtæ adhuc addendam eſſe ellipſin Præpoſitionis ב? Proferatur exemplum ejusmodi ellipſeos in numeris temporum. Proferatur cauſa, cur ejusmodi

(o) l. c. & p. 9.

modi ellipſis non ſit adhibita 1. Reg. VI, 1. Num. IX, 1. XXXIII, 38. & quam plurimis ſimilibus locis, vbi Præpoſitione ב tutius carere potuiſſemus? Spiritus S. haud vtitur ſane ellipſibus, quæ Verbum DEI ambiguum reddant: nam vitium hoc importat ſermonis, & ſi ſcienter admittatur, ſimul indicat vitium animi. Vnde vero Annotator colligit, epocham Jubilæi hic obtinere? Scilicet quia fingit, Joſuam altero ſtatim agriculturæ in terra Canaan anno mortuum eſſe, & anno 42. poſt exitum Iſraëlis ex Aegypto neminem amplius Iſraëlitarum in viuis fuiſſe, qui DEI erga Iſraelem facta cognita haberet: ideo Jud. X. annus 18. eſt epochæ Jubilæi.

§. IV.

Hæc prima eſt, qua Annotator ſuperbit, demonſtrationis gloria, ita quidem comparata, vt longe facillimum ſit quemvis numerum illo pacto in Jubilæum convertere. Nec tamen vel ſic primum Regis Sauli annum Jubilæum fuiſſe demonſtrare potuit, niſi addita identidem temeritati

temeritate. Nam temerarium eſt, annos defectionum Jud. II, 19. IV, 1. VI, 1. X, 6. XIII, 1. expungere: temerarium, Spiritui S. Jud. XII, 14. obliuionem octo annorum Eli tribuere: temerarium Hiſtoriam Simſonis ex libro Judicum in Libros Samuelis transmouere: temerarium, imo impium, locum 1. Sam. VII, 1. verbis *ſeptimo circiter anno* (poſt *Kiriath Jearim*), verbis *anni* 40. *ſeruitutis Philiſtaea de quibus dictum Jud. XIII*, 1. (poſt *dies illi*), verbis *poſt mortem Simſonis* (poſt *anni* 20.) interpolare. Hisce vero conſtat omnis ſtabilitas ſententiae, in phraſi בן שנה 1. Sam. XIII, 1. vocem שנה ſignificare Jubilaeum: cum Annotator, voci illi vnquam ejusmodi ſignificatum inditum eſſe, nullo ſiue Scripturae S. loco ſiue veterum Hebraeorum teſtimonio probare potuerit. Meae ſententiae conſequens eſſe ſomniat (p), agnos Hebraeorum paſchales 99. ſubinde annos fuiſſe natos. Nonne autem ex ipſius interpretatione potius efficitur, omnes agnos Hebrae-

(p) p. 34.

Hebræorum paſchales natos fuiſſe anno Jubilæo? Et quid quæſo rei eſt, Ideam, quam vocant genericam, voci ſubjectam confundere cum determinatione, quam accipit a connexione ſermonis, vbi occurrit? Vox שנה in phraſi בן שנה ſine ſequente numero ſemper ſignificat Annum primum mundi, ſed conuenientem rei, de qua dicitur. Itaque agnis vel hædis juncta denotat *annum primum mundi* conſpecti: Saulo juncta, denuo numeratum *annum primum mundi* conditi. Num hoc eſt, vt Annotator perhibet (q), Verbum DEI ambiguum reddere? Abſurdum conſequentis ſatis valet ad ambiguitatem tollendam; nec eam varii vocis ſignificatus ſcriptis afferunt, ſed veræ ſignificationis occultatio. Adhæc demti de numero 480. 1. Reg. VI, 1. anni 5. Salomonis 2. Chron. III, 2. anni 33. imperii Davidis in totum Iſraëlem 2. Sam. V, 5. & anni 42. Iſchboſcheti, Saulo ad gubernacula reipublicæ accedente nondum nati, 2. Sam. II, 10. 1. Sam. XIV, 49.

(q) p. 44 ſeq.

49. XXXI, 2. manifeſte annum ſeculi vltimum relinquunt (r).

§. V.

Sed nec prætereundum eſt, me, vt eo magis pateret, quanta ſit in Annotatoris Chronotaxi latens lerna malorum, oſtendiſſe, in ſola periodo annorum a morte Eli vſque ad Saulum regnantem duos meſſe priuari annos, qui teſte Scriptura S. omnino anni agriculturæ fuerunt ac meſſium. Horum alter eſt annus Eli emortualis, quem Sabbathicum fuiſſe Annotator ita defendit, vt non ſolum meſſi tritici 1. Sam. VI, 13. tempus meſſis hordei tribuat, ſed & ſcribere ſuſtineat: Arcam DOMINI, quæ tantas in terra Philiſtæorum edebat ſtrages, Arcam quam Philiſtæi vbique manibus pedibusque a ſe amouere ſtudebant, 1. Sam. V, 7 ſeqq. hanc Arcam tredecim menſes in terra Philiſtæorum fuiſſe; hanc Arcam poſt ſeptem illos menſes a morte Eli 1. Sam. VI, 1. & poſt tam ſeriam

(r) 480 — 5 — 33 — 42 = 400.

am Principum de ea quantocyus remittenda conſultationem Cap. V, 11. VI, 2. adhuc vltra ſex menſes, in agris forſan ſub dio, vel in neſcio qua ſpelunca, a Philiſtæis detentam eſſe, imo tertio demum Samuelis anno rediiſſe (s). Si hoc non eſt otio pariter ſuo ac Lectorum patientia intemperanter abuti, neſcio profecto, qua de re id dici debeat. Non igitur eſt mirum, qui talia audet, etiam annum primum Regis Sauli ex anno agriculturæ ac meſſium in Jubilæum transfigurare poſſe. Saulem ait (t), finito exactis regni ſex menſibus Jubilæo, regiminis anno ſecundo circiter menſem Tiſri agro arando operam dediſſe, & ſub auſpiciis anni regiminis tertii circiter menſem Siuan tempore meſſis confirmatum eſſe: neque obſtare locum 1. Sam. XIII, 1. completos enim ſine dubio annos hic intelligi, ſine dubio ob ſolam hanc cauſam, quia Annotatori ita placet. Interim omni dubio caret, Nachaſchum Ammonitam jam ante primum Sauli initium bellum terræ Iſraëlitarum illatum ſuſce-

(s) p. 31. (t) p. 36.

ſuſcepiſſe, 1. Sam. XII, 12. vnde ſecundum Annotatoris Chronologiam efficitur, Saulum Regem vltra ſex menſes de hoc bello neque cogitaſſe neque laboraſſe. *Aſcenderat autem Nachaſchus Ammonita* (nuper ſcilicet & antequam Schaul crearetur Rex) *& caſtra habebat* (ſcil. adhuc dum) *contra Gabeſch Gileadis*, 1. Sam. XI, 1. quæ eſt paraphraſis B. Seb. Schmidii (v). Omni etiam dubio caret, bellum tunc aduerſus Ammonitas a Saulo geſtum intra ſeptem dies & paratum & profligatum eſſe, 1. Sam. XI, 3. ex quo ſecundum Annotatoris Chronologiam efficitur, Saulo poſt tantam victoriam viceſimo demum menſe ſolenniter regnum conſtitutum eſſe, eumque illo temporis interuallo forſan vt olim apud impedimenta latuiſſe. At Saul in Mizpa Rex quidem deſignatus eſt: cum vero tunc ſacrificia, aliaque ad ſolennem Regis quam vocant inaugurationem neceſſaria non eſſent in promtu, atque ad illa comparanda quinque vel ſex menſes requirerentur; non dubito,

(v) Comment. in Libr. I. Sam. p. 328.

bito, quin Samuel jam in Mizpa huic inaugurationi diem illum præſtituerit, quo ea poſtmodum in Gilgal peracta fuit, 1. Sam. XI, 15. id quod etiam verba Samuelis 1. Sam. X, 8. ſatis aperiunt. Omni denique dubio caret, vocabulum בן cum Genitiuo diei vel anni ſemper diem vel annum labentem ſignificare, nunquam completum (x): nec probabile eſt, Spiritum S. 1. Sam. XIII, 1. tempus non completum, & mox in eodem commate completum numerare. שתי cum Genitiuo temporis extra præſentem locum non niſi Ezech. XXXII, 1. 17. & XXXIII, 21. obuium eſt, vbi de tempore labente ſermonem eſſe non ambigitur. Id vero & hoc loco clare indicat copula Vau in fronte verſiculi ſequentis, vtpote quæ narrata ipſi adhærentia proxime præcedenti temporis notationi non annectere ſed innectere ſolet. Vide 1. Reg. VI, 1. Jud. XIX, 1. Gen. VII, 6. XI, 17. XXIV, 45. Eſt. II, 21. Itaque ſenſus loci non eſt niſi talis: *Annorum* (ſcil. Mundi) *prima*

(x) Vid. Chronol. n. S. p. 318 ſeq.

primo Saul regnum conſequebatur, & altero annorum regnabat Iſraëli, cum deligeret ſibi ipſe tria Iſraëlitarum millia. Quis eſt, quin cernat, omnia in præcedentibus commemorata, atque ideo & omne regni initium hic altero anno excludi, vocemque במלכו vtrumque complecti regni initium. Si verba, quæ 1. Sam. XIII, 1. extant, legerentur 1. Sam. XI, 1. primum duntaxat regni initium intelligendum foret, quoniam de eo ſolo in præcedentibus expoſitum. At cum non ibi, ſed demum poſt memoriæ proditum alterum regni initium legantur: aut verba Scripturæ S. erunt ambigua, quod longiſſime abſit a nobis ſtatuere, aut non inficiandum, vnctionem & confirmationem Sauli regiam vno eodemque anno factam eſſe. Quid quod vox וימלכו 1. Sam. XI, 15. quam quidem 1. Sam. X. fruſtra quæſiueris, cum voce במלכו 1. Sam. XIII, 1. collata ſatis arguit, poſteriorem hanc vocem in primis confirmationem regni reſpicere? Imo ipſa oratio Samuelis proxime præcedens adhuc

ver-

verbis illis נחדש וימלכו 1. Sam. XI, 14. 15. continetur. Itaque quo certius eſt, annum confirmationis Sauli fuiſſe agriculturæ ac meſſium, quod quidem vt certiſſimum ex 1. Sam. XI, 5. XII, 17. cognoſcitur, eo pejor erit Annotatoris ſententia, quando annum primum Sauli convertit in Jubilæum.

CAPVT VIII.

De quiete tempore Aſæ & duobus Baëſis.

Summaria.

Peruerſa verborum למלכות אסא *interpretatio, & ad eam male applicata Glaſſii dicta,* §. 1. *Decem annos tranquillæ ſub Aſa terræ ab anno Aſa 27. numerandos eſſe* §. 2. *Res decennio illo geſtæ* §. 3. *Incunabula Pſeudo-Kabathi, & magna Baëſæ II. ab eo differentia,* §. 4.

§. I.

Toties autem deprehenſa Jubilæorum creditorum vanitas manifeſtum hoc parit conſequens, in Annotatoris chronotaxi nullam rem ſuo tempore notatam eſſe. Attamen vt opus ſuum prorſus redderet extraordinarium, illam rerum a veris ſuis temporibus alienationem inter confuſionum toties iterum factas confuſiones adeo multiplicauit, vt nihil fieri poſſit magis perturbatum & perplexum. Specimen præbeant annus Aſæ, qui vltimus ipſi fuit regni pacati, & qui illum excepit annus, quo Baëſa

Baëſa ædificauit Ramam, 2. Paral. XV, 19. & XVI, 1. Hic annus ædificatæ Ramæ Annotatori eſt vt 13. regni Aſæ, ita 36. Cycli Jubilæi (y). Sed quo annus 36. poſt Jubilæum fiat, ſtatuas neceſſe eſt, 1.) primum Sauli fuiſſe Jubilæum, contra 1. Sam. XII, 17. 2.) Saulum regnaſſe tantum annos 25, contra 2. Sam. II, 10. 1. Sam XIV, 49. XXXI, 2. Act. XIII, 21. 3.) annos 40. regni Dauidici continere duorum annorum fragmenta, contra 2. Sam. V, 5. 4.) tertium Abiæ non ſimul fuiſſe primum Aſæ, contra 1. Reg. XV, 1. 9. En tot Verbo DEI illatis injuriis conſtat Annotatori ſpacium temporis, quod non niſi 124. annos complectitur. Et quorſum tandem iſta? Quorſum? Nonne, vt vitium illud ſermonis Scripturæ S. aſpergatur, quo iisdem phraſibus eodem loco prorſus diuerſi ſubjiciuntur ſignificatus, ne minimo quidem rei facto indicio? Nam Annotator למלכות אסא 2. Chron. XV. nunc idem eſſe, quod *a regno Aſa*, mox idem,

I 2 quod

(y) Hypotyp. C. 2.

quod *in regno Aſæ* vel *regnante Aſa*, contendit (z). Prouocat ad duo Glaſſii loca, quorum tamen altero ſibi ipſe nocet, altero nihil lucratur. Quippe Glaſſius Canoni: ***Subſtantiuum cum Præpoſitione, ſæpe pro Adjectiuo eſt***, hanc addit explicationem: ***Sermonis hanc elegantiam efficiunt Præpoſitiones Hebræorum***, ל *IN vel AD CVM ACCVSATIVO*, ב *IN cum Ablat*: (a) &c. Itaque ſi ſecundum hanc regulam, vt quidem Annotator opinatur, locus 2. Chron. XV, 19. vertendus; interpretatio vel erit: ***ad annum* 35. *in regium Aſæ***, quod affirmare delirantis eſt, vel: ***ad annum* 35. *regium Aſæ***, quod idem eſt ac: ***ad annum* 35. *poſt regnum Aſæ.*** Cæterum locus Dan. II, 1. vnicus eſt, quo Glaſſius probare ſuſtinuit, למלכות poſt numerum annorum verti poſſe ***in regno*** (b). Elegit autem B. Vir hanc ſententiam, quod ea rejecta de loco illo plane deſperaret, nunquam eam amplexurus, ſi regula noſtra de voce שנת ipſi cognita fuiſſet. Quantopere

(z) Annot. p. 44.
(a) Philol. S. Libr. 3. Tract. 1. Can. 9.
(b) l. c. Libr. 4. Tract. 2. Obſeru. 6.

re enim ſermonis accurati & dilucidi legibus repugnat, Particulam ל Dan. I, 21. poſt numerum anni ſignificare *poſt*, & mox commate ſequente, ac priori per Vau copulato, poſt numerum anni ſignificare *in*? Ne dicam, quam dura inde emergat ellipſis, & quam improbabile ſit, Spiritum S. neſcio cur, ſpacium duntaxat temporis inter primum Danielis ad Regem aditum Regisque ſomnium, non autem verum Hiſtoriæ tempus indicare voluiſſe. B. Glaſſius. putat, Particulam ל, cum hic a præcedente membro per Accentum Rebhia diſtinguatur, tempus indefinite notare. At ſic Dan. I, 1. 21. VIII, 1. eo magis tempus indefinite notaret, quo majores Tiphcha & Sakeph ſunt Accentu Rebhia. Certum eſt, vocem למלכות numero anni junctam extra loca controuerſa octies in Codice S. reperiri, nec tamen vnquam alium ſignificatum, ac termini a quo, admittere. Sed quid neceſſe eſt plura accumulare, cum Verbum Diuinum ſui contemtum etiam hic ita vlciſcatur, vt Annotatoris calamus nobis non

amplius metuendus ſit. Quotum enim quæſo Aſæ annum Annotator pro 36. poſt Jubilæum habet? Decimum tertium. At annum 36. 2. Chron. XVI, 1. multis annis anteceſſit victoria Aſæ ab Aethiopibus reportata, teſte 2. Chron. XVI, 8. & anno ſiue 15. ſiue 16. regni Aſæ innectenda ſecundum 2. Chron. XIV, 15. XV, 2. 8. 9. 10. Ergo aut decimus quintus regni Aſæ annus multis annis anteceſſit annum decimum tertium ejusdem regni: aut annus 36. 2. Chron. XVI, 1. nec decimus tertius eſt Aſæ, nec trigeſimus ſextus a ficto Annotatoris Jubilæo.

§. II.

Hiſtoria Sacra docet 2. Chron. XIII, 23. *in diebus Aſa terram* Judæ *fuiſſe tranquillam*, i. e. a bello liberam Joſ. XI, 23. *decem annos.* Vt autem anni decem continui intelliguntur: ita illi in regno Aſæ non inueniunt locum ante mortem Baëſæ, filii Achijæ, qui poſt tertium annum Aſæ regnum occupauit & poſt annum viceſimum ſextum Aſæ occubuit, 1. Reg. XV, 33. XVI, 1. Nam

Nam fuit bellum inter Baëſam hunc, Regem Iſraëlitarum, & Aſam omnibus diebus eorum, omnibus annis, quibus ſimul regnarunt, bellum non niſi cum vita Baëſæ finiendum, 1. Reg. XV, 32. Ergo decem anni pacis in Juda tempore Aſæ non continentur annis prioribus 26. Aſæ. Sed nec decem illi anni locum inueniunt poſt ædificatam ab alio quodam Baëſa Ramam: nam ex hoc tempore bella contra Aſam conſurrexerunt, 2. Chron. XVI, 9. *& bellum fuit inter Aſam & inter Baëſam*, qui non dicitur filius Achijæ, vt Baëſa v. 27. 33. ſed Baëſa ſine addito cognomine, *Regem Iſraëlis, omnibus diebus eorum*; ex eo ſcil. tempore, quo aſcendit Baëſa Rex Iſraëlis contra Judam ædificaturus Ramam 1. Reg. XV, 16. 17. Ergo decem anni pacatæ terræ quærendi ſunt in illo temporis ſpacio, quod inter mortem Baëſæ filii Achijæ & ædificatam ab altero Baëſa Ramam interjectum. Imo vltimum decem illorum annorum fuiſſe annum, qui ædificatam Ramam proxime anteceſſit, euincunt verba 2. Chron. XV, 19. *Ita*

amplius metuendus ſit. Quotum enim quæſo Aſæ annum Annotator pro 36. poſt Jubilæum habet? Decimum tertium. At annum 36. 2. Chron. XVI, 1. multis annis anteceſſit victoria Aſæ ab Aethiopibus reportata, teſte 2. Chron. XVI, 8. & anno ſiue 15. ſiue 16. regni Aſæ innectenda ſecundum 2. Chron. XIV, 15. XV, 2. 8. 9. 10. Ergo aut decimus quintus regni Aſæ annus multis annis anteceſſit annum decimum tertium ejusdem regni: aut annus 36. 2. Chron. XVI, 1. nec decimus tertius eſt Aſæ, nec trigeſimus ſextus a ficto Annotatoris Jubilæo.

§. II.

Hiſtoria Sacra docet 2. Chron. XIII, 23. *in diebus Aſa terram* Judæ *fuiſſe tranquillam*, i. e. a bello liberam Joſ. XI, 23. *decem annos.* Vt autem anni decem continui intelliguntur: ita illi in regno Aſæ non inueniunt locum ante mortem Baëſæ, filii Achijæ, qui poſt tertium annum Aſæ regnum occupauit & poſt annum viceſimum ſextum Aſæ occubuit, 1. Reg. XV, 33. XVI, 1.

Nam

Nam fuit bellum inter Baëſam hunc, Regem Iſraëlitarum, & Aſam omnibus diebus eorum, omnibus annis, quibus ſimul regnarunt, bellum non niſi cum vita Baëſæ finiendum, 1. Reg. XV, 32. Ergo decem anni pacis in Juda tempore Aſæ non continentur annis prioribus 26. Aſæ. Sed nec decem illi anni locum inueniunt poſt ædificatam ab alio quodam Baëſa Ramam: nam ex hoc tempore bella contra Aſam conſurrexerunt, 2. Chron. XVI, 9. *& bellum fuit inter Aſam & inter Baëſam*, qui non dicitur filius Achijæ, vt Baëſa v. 27. 33. ſed Baëſa ſine addito cognomine, *Regem Iſraëlis, omnibus diebus eorum*; ex eo ſcil. tempore, quo aſcendit Baëſa Rex Iſraëlis contra Judam ædificaturus Ramam 1. Reg. XV, 16. 17. Ergo decem anni pacatæ terræ quærendi ſunt in illo temporis ſpacio, quod inter mortem Baëſæ filii Achijæ & ædificatam ab altero Baëſa Ramam interjectum. Imo vltimum decem illorum annorum fuiſſe annum, qui ædificatam Ramam proxime anteceſſit, euincunt verba 2. Chron. XV, 19. *Ita*

bellum non fuit vſque in annum trigeſimum ſextum. Probabile quoque eſt, ſimul ac Baëſa filius Achijæ, hoſtis perpetuus Aſæ, diem obiit ſupremum, perfectam ſtatim terræ Judæ redditam eſſe pacem. Ergo annus primus pacatæ terræ fuit emortualis Baëſæ I. ſ. annus 27. Aſæ. Ergo annus decimus fuit 36. & quam proxime ſequens annus ædificatæ Ramæ fuit annus 37. non poſt Jubilæum, ſed regni Aſæ.

§. III.

Hoc nimirum felix illud eſt decennium, quo quietum fuit regnum coram Aſa; quo quieta erat terra, nec vllum cum Aſa bellum, eo quod JEHOVAH quietem daret illi, daret Judæ a circuitu, 2. Chron. XIV, 4. 5. 6. XV, 15. Labente igitur hoc decennio acta ſunt, quæ narrantur 2. Chron. XIV, 2. vſque 7. XV, 15. 16. & quidem inſperſis rerum geſtarum incitamentis, quorum primum fuit victoria de Aethiope, 2. Chron. XIV, 8. ſeqq. alterum prophetia Aſariæ, qui & ipſe Oded & filius Oded appellatur, Regem & populum

mo-

monentis, ne vltima illa tempora jam inſtare putarent, poſtea etiam prædicta Hoſ. III, 4. quibus Iſraëli nec verus DEus, nec ſacerdos, nec lex, atque ideo reformationem cultus JEHOVAE tanquam rem deſperatam vrgere deſiſterent, illa enim omnia poſt multos demum annos expectanda eſſe, nec omnem de Iſraëlis, vel circa ipſum mundi finem conuerſione, ſpem decollare, 2. Chron. XV, 1 ſeqq. tertium denique incitamentum perfecta & alta prorſus pax, mortem Baëſæ inſecuta.

§. IV.

Itaque longe aliis argumentis inducimur ad ſtatuendos duos Baëſas, quam Annotator ad duplicandum Kahathum. Kahathum enim alterum nulla neceſſitate id poſtulante producit: quem nepotem Levi fuiſſe perhibet, ſed nomine filii Kahathi, quod is ἄτεκνος deceſſerit, ſiue a Gerſone ſiue a Merari genitum, & ideo non pro nepote habitum, ſed pro ipſo τοῦ Leui filio proximo (c). Quis nouus hic noſtris

(c) Annot. p. 5.

acceſſit ſedibus hoſpes? Sed jure reſpondemus: Monſtrum horrendum, immane, ingens, cui lumen ademtum. Illud tamen Annotator, tot abſurdis, quibus fœtum hunc inuolutum eſſe oſtendi, nihil deterritus, porro fouere & potiſſimum commento illo propugnare inſtituit, quod nepos extincti improlis filii nomine genitus & nomen & locum defuncti obtinuerit. Mirum, quod annotator hac ratione non plures creat homines: mirum, quod non & ſiſtit duos Abrahamos, alterum primogenitum Tharæ Gen. XI, 26. alterum Tharæ nepotem Gen. XI, 27 ſeqq. mirum, quod non & duos excogitat Pinechaſos, alterum Sacerdotem tempore nati Samuelis 1. Sam. I, 3. alterum tempore belli cum Philiſtæis 1. Sam. IV, 19. Imo mirum, ni Pontificii ob tantum εὕρημα ſingulares Annotatori decernunt gratias, vtpote qui hoc pacto longe felicius nunc quam olim defendere poſſint, Cepham vel Petrum Gal. II. non eſſe Petrum Apoſtolum: nam Petrum liberis gauiſum eſſe in Scriptura S. non legitur. Petrus igitur ille potuit eſſe Petrus a fratre Apoſtoli pro mortuo forſan habi-

habiti Apoſtoli nomine prognatus. Quod ſi autem is, qui יבם, filio nomen defuncti indere debuit: cur Obed non nominatus fuit Mahlon, Ruth. IV, 10? Cur Perez non Ger, vel Onan? Nam Annotator peſtiferam illam ſententiam, quam argumentis grauiſſimis funditus euerti, ab omni reſponſione ad illa argumenta vacuus ſuam adhuc facit, nec ſcribere veretur (d), Legem Diuinam Deut XXV, 5. exemplo filiorum Judæ, ideoque & Cananitidis inceſtæ, confirmari poſſe. Hæc ſunt Pſeudo-Kahathi incunabula: a quibus profecto longiſſime abeſt Baëſa noſter, quem ipſe verborum Spiritus S. nexus, tradita illis temporum ratio, nomen Baëſam ſine cognomine ſic dictum non ſecus a Baëſa filio Achijæ diſtinguens ac Joſaphat ſine cognomine ſic dictus 2. Reg. VIII, 16. diſtinguendus eſt a Joſaphato filio Nimſi 2. Reg. IX, 2. aliaque, quæ breuitatis gratia repetere nolumus, nos jubent ſtatuere & pro Rege Amri habere.

(d) p. 8.

CAPVT

CAPVT IX.

De epocha regni in familiam Amri translati.

Summaria.

Quam abſona & dignitati Scripturæ S. contraria ſit ſententia de Achabo Achaſiæ ſuperſtite §. 1. Phraſin וימלך תחתיו *ſemper denotare ſucceſſionem in locum mortui §. 2. Jorami, Regis Judæ, duplex regni initium 2. Reg. VIII, 16. & innexa alteri anno poſt Sabbathicum mors 2. Chron. XXI, 19. §. 3. Annum 42. cujus Achasja dicitur filius, non fuiſſe Sabbathicum, reuera autem fuiſſe annum 42. tranſlati regni, §. 4. Argumenti, quo demonſtrauimus, 2. Chron. XXII, 2. ſignificari annum 42. tranſlati regni, robur inuictum §. 5.*

§. I.

Annotator eo redactus, vt non amplius affirmare poſſit, annum 13. Aſæ eſſe 36. Cycli Jubilæorum ab ipſo confictorum, porro neceſſe habet fateri, nec annum Achaſiæ vnicum 2. Chron. XXII, 2. eſſe 42. ejusdem Cycli, quia eum vt talem ab anno 27. Aſæ numerat, qui tam Jubilæus fuit quam 13. Aſæ 36. poſt Jubilæum. Præterea ab anno 27. Aſæ vſque ad illum Achasjæ an-

annum annos 46. non 42. effluxiſſe, Canon noſter Chronicus demonſtrat; cui quo minus Annotatoris Tabula opponi poſſit, prohibet manifeſta etiam in hac temporis parte tabulæ illius pugna cum clariſſimis Scripturæ S. dictis. Scriptura S. in narratione mortis & fine Hiſtoriæ Achabi ſubjungit: *Et occubuit Achab, cum patribus ſuis: & regnauit, Achasjahu filius ejus; loco ejus*, 1. Reg. XXII, 40. Nihilominus Annotator, Achabum filio Achasjæ ſuperſtitem fuiſſe, & duos annos Achasjæ 2. Reg. I, 1. ante patris mortem numerandos eſſe, defendere pergit. Proin ſibi perſuadet: 1.) Achasjam ab Achabo Regem conſtitutum eſſe mox poſt cladem Syris illatam, 1. Reg. XXII, 1. 2. 2.) Achasjam loco patris regnaſſe, cum mater patri diceret: *Tu* forſan *nunc facies*, vel eriges, *regnum* aliud *ſuper Iſraël*, 1. Reg. XXI, 7. 3.) Achabum inter feriæ pœnitentiæ ſigna 1. Reg. XXI, 27. 28. 29. permiſiſſe, vt filius conſuleret τὸν Beelzebub, deum Ekronis, & Eliæ tanta vi machinaretur necem, 2. Reg. I, 3. 9. 11.

15.

15. imo Achabum pœnitentem non ſegnius quam Achasjam idolis ſeruiiſſe. 1. Reg. XXII, 52 ſeqq. 4.) Achasjam a patre Achabo ita in ſocietatem regni aſſumtum eſſe, vt defuncto ante Achabum Achasja ſocietas illa neceſſarie continuanda eſſet cum Achasjæ filio, vel ſi hic deficeret, fratre, 2. Reg. I, 17. 5.) Achasjam viuo Achabo adeo καϑ' ἐξοχὴν Regem Iſraëlis fuiſſe, vt cum Regis ſine vlla addita nota diſtinctionis fieret mentio, non alius niſi Achasja intelligi potuerit, 2. Reg. I, 3. 9. 15. 6.) DEVM, cum Achasja tam præmatura quam miſera morte periret, adduxiſſe malum ſuper domum Achabi in diebus ejus, contra promiſſa 1. Reg. XXI, 29. 7.) Prolepſes, vt 2. Reg. I, 1. ita etiam alibi in Scriptura S. ad arbitrium & ſine magna cautione ſtatui poſſe. 8.) Joſaphatum paulo ante mortem Achabi, vaticinio Elieſeris & ſequente illud euentu 2. Chron. XX, 37. deterritum, noluiſſe, vt ſerui ſui cum ſervis impii Achasjæ nauigarent, 1. Reg. XXII, 50. & mox impio Achabo ita ſuppetias veniſſe,

niſſe, vt ipſe cum hoc Rege in bellum proficiſceretur & propterea in grauiſſimam Prophetæ Jehu reprehenſionem incurreret, 2. Chron. XIX, 1. 2.

§ II.

Phraſis וימלך תחתיו plus quinquaginta vel ſexaginta Scripturæ S. locis reperitur, nec vnicus in tanto numero indicari poteſt, vbi rem aliam ſignificet ac *ſuccedere mortuo.* Nunquam ſignificat *in ſocietatem regni aſſumi*: nec ejusmodi ſignificatum patitur natura vocis תחת, cum neceſſe ſit loco ceſſiſſe cujus locus ab alio occupatur. Accentus obuertit Accentuum maxime ignarus, qui tamen ex tot ſimilibus locis facillime cognoſcere poterat, Athnachum ſucceſſionem in locum demortui non conuertere in ſocietatem vel communicationem cum viuis. Quapropter nec juuat Annotatorem locus 2. Chron. XXI, 1. nam etiam hic ſucceſſio legitima in locum demortui, non communicatio imperii a viuo per gratiam facta indicatur. Imperio ſe nunquam abdi-

abdicauit Joſchaphat, aſciuit autem ad illud filium Joramum, 2. Reg. VIII, 16. 2. Chron. XXI, 3. ſed ita aſciuit, vt filii imperium a patris imperio dependeret, atque hic quoad vixit, præcipue regnaret, 1. Reg. XXII, 42.

§. III.

Cautione interim maxima opus eſt circa locum 2. Reg. VIII, 16. quem ita verto: *Tum anno ſexto Jorami filii Achabi Regis Iſraël, tum quo tempore Joſchaphat Rex Judæ* (e); vel quod idem eſt: *Non ſolum anno ſexto Jorami, filii Achabi Regis Iſraël*, qui fuit emortualis Joſchaphati, *ſed & cum Joſchaphat adhuc eſſet Rex Judæ: regnauit Joram, filius Joſchaphat, vt Rex Judæ.* Jam ſumma annorum vtriusque regni ſtatim quidem v. 17. additur, vt inde manifeſtum ſit, Regnum Jorami Regis Judæ vniverſum vltra octo annos non eſſe extendendum. At quot annos ante vel poſt patris mortem regnauerit, ex illo loco colligi nequit: niſi forte conjectura mea placuerit, ה extraordinarium in voce שנת eſſe

(e) Conf. Nold. Conc. Part. p. 306.

eſſe notam anni quinti epochæ mundi, quod is eſſet octo illorum annorum terminus. Noluit DEVS, vt Regi ſumme facinoroſo in notatione temporum pars æqua eſſet cum illis, quorum ſepulchro non eſt dignus habitus. Ex iis tamen, quæ 2. Chron. XXI. narrantur, facile intelligitur, regnaſſe illum aliquot annos poſt patris mortem, & regnum tam perturbatum reliquiſſe, vt interregno non potuerit non eſſe locus. Contemplationem quoque ampliorem ibi merentur verba v. 19. quorum hunc eſſe ſenſum arbitramur: *Et factum eſt anno poſt annum vltimum, & tempore, quod excepit finem anni illius vltimi, vſque ad annum alterum; & ejecit contenta inteſtinorum in morbo ſuo, & mortuus eſt morbis malignis.* Anno vltimo hic deſignari Sabbathicum puto: ex quo efficitur, Joramum ad plures abiiſſe altero poſt Sabbathicum anno, in quem etiam emortualis ipſius ſecundum Chronologiam noſtram S. incidit. Quoquo modo autem illud ſe habet, certum eſt, cum clariſſima Scripturæ S. litera vniuerſo Jorami Regis

Judæ regno & quidem tribus in locis non niſi octo annos attribuat, Annotatorem eos in tredecim transformantem hac iterum in re Verbo DEI contrarium eſſe malle, quam veritati cedere, forſan, quia a viro minus celebri & Pietiſſimi oſore proponitur.

§. IV.

Vera pietas eſt dicta Scripturæ S. vt Diuina, vt ſanctitatis, ſapientiæ atque integritatis plena colere & venerari. Quod qui fecerit, facile perſpiciet, quantum Regulis noſtris ſupra jam vindicatis in Hiſtoria S. ſtatuendum ſit pretium, & quam a vero remotum ſit, annum Achasjæ fuiſſe annum 42. ſiue poſt annum 27. Aſæ ſiue poſt Jubilæum. Si fuiſſet 42. poſt Jubilæum, fuiſſet Sabbathicus, quo Iſraëlitæ non videntur bellum offenſionis cauſa ſuſcepiſſe. Quod argumentum, licet ſuperfluum judicari poſſit, neutiquam tamen contemnendum eſt. Scilicet ſecundum Annotatorem (f) pondus ejus nullum eſt, quaſi opportunitas temporis in bello mouendo nullius ſit

(f) p. 48.

ſit ponderis. Negat etiam, bellum tunc ab Iſraëlitis offenſionis cauſa ſuſceptum eſſe, ob vrbem Ramoth in Gilead non adſcribendam Syriæ: quaſi vrbs ea illo tempore non fuerit in poteſtate Syrorum, 2. Reg. XXII, 3. cui non obſtat 2. Reg. IX, 1. nam eadem phraſis legitur 2. Chron. XVIII, 3. & v. 5. explicatur per *verſus Ramoth Gilead in bellum*; nec obſtat 2. Reg. IX, 14. nam idem verbum שמר 2. Sam. XI, 16. manifeſte denotat oppugnationem vrbis hoſtilis. Quemadmodum igitur Annotatoris ſententia de anno 42. cujus Achasja dicitur filius, variis Scripturæ S. teſtimoniis, iisque maximam partem apertiſſimis, de medio tollitur: ita obſeruatis Regulis noſtris nihil impedit, quo minus annus ille ſit annus 42. translati in familiam Amri & alligati Samariæ regni Iſraelitici. Nam Amri toti Iſraëli imperauit annos 8. quorum vltimus etiam primus Achabi; Achab annos 22. quorum vltimus etiam primus Achasjæ; Achasja annos 2. quorum vltimus etiam Jorami; Joramus, cum Achasja Rege Judæ ſimul interfectus, annos 13. Demtis jam de annis 45. quæ

 ſum-

ſumma eſt horum annorum, tribus annis bis numeratis; reſtant 42.

§. V.

Atque ſic inuictum perſtat argumentum noſtrum, & fruſtra ſubtilitatibus ex inepta Ariſtotelicorum de Demonſtratione doctrina impugnatur: præſertim cum diuelluntur, quæ non ſeparatim ſed conjunctim ponderanda erant. Num vero Annotator vnquam fortius argumentatus eſt, quam vt Major propoſitio ſit: Cujuscunque epochæ annorum numerum anni a Scriptore Biblico numerati reuera conſtituunt, illa epocha ibi vſus eſt ſcriptor? At nos & limitamus Majorem hoc modo: Cujuscunque epochæ tempore Scriptoris Biblici vſitatæ annorum numerum anni ab ipſo numerati reuera conſtituunt, illa epocha ibi vſus eſt. Imo vt adhuc fortius concludamus, addimus limitationi limitationem hoc modo: Cujuscunque epochæ tempore Scriptoris Biblici vſitatæ annorum numerum anni ab ipſo numerati reuera, vnice & ita conſtituvnt, vt nulla alia epocha cognita ſit, quæ eun-

eundem numerum reddat, illa epocha ibi vſus eſt ſcriptor. Atqui regni noui, ſeu nouam formam adepti, epocham tempore ſcriptoris libri poſterioris Chron. vſitatam fuiſſe, ob locum 2. Chron. XXXVI, 9. non ambigitur. Nec alia epocha inter tunc vſitatas cognita eſt, quæ eundem numerum reddat: nam ſic eum redderet vel Mundi conditi, vel exitus ex Aegypto, vel Jubilæi, vel Sabbathici, vel ætatis, vel Templi conditi epocha, cum nulla præter has & regni noui epocham in Scriptura S. vt tunc vſitata locum inueniat. At nulla illarum tempore regni Achasjæ numerum 42. annorum reuera conſtituit, ſola ipſum reddit epocha regni noui. Quis ergo non videt vim argumenti, eique minimum non abjudicari poſſe probabilitatem, quam celeberrimus Lipſienſium Philoſophus, Andreas Ridigerus (g), probabilitatem κατ' ἄνθρωπον vocat, & quam non exigui roboris, firmiſſimam atque ideo Demonſtrationi quam proximam eſſe teſtatur? Miſerum

(g) Philoſ. pragmat. Libr. I. §. 231. 264.

quoque eſt effugium, epocham 2. Chron. XXXVI, 9. non eſſe regni ad familiam Amri translati, ſed regiminis Nebucadnezaris. Hic enim Annotator rurſus ad illam imprudentiam delabitur, qua jam ſupra (h) Ideam generalem ejusque determinationem confudit. Quis dixit, 2. Chron. XXII, 2. eandem prorſus epocham adhiberi, quæ Cap. XXXVI, 9. vſurpatur? Nonne hujus ſimilem adhiberi clariſſime ſcripſi? Vtrobique profecto vſurpat Author libri Chronicorum epocham regni noui, regni in aliam familiam, regni qua Regem in alium locum translati. Quodnam autem ſpecialiter illud regnum nouum ſit, id ſecundum cujusuis loci peculiares, quas vocant, Circumſtantias definiendum: nam quis neſcit, verba eſſe intelligenda ſecundum ſubſtratam materiam?

(h) p. 34.

CAPVT

CAPVT X.

De Hieroſolyma a Chaldæis obſeſſa, expugnata & percuſſa, longe plurimorum Scripturæ S. locorum phoſphoro.

Summaria.

Diſpoſitio annorum regni Vſiæ, Menachemi, Jothami, Achaſi, Hiſkiæ, Nebucadnezaris, in Scripturam S. valde injurioſa §. 1. Obſidionem Hieroſolymæ, de qua exponitur Jer. LII, 4. 5. non deſcribi vt interruptam §. 2. Diuerſæ ſub Zedekia Hieroſolymæ obſeſſiones non confundendæ §. 3. Res Joachaſi, Jojakimi ac Jechanjæ, Regum Judæ; & grauitas captiuitatis abductorum cum Jechanja, §. 4. Captiuitatem hanc incidiſſe in initium anni noni Nebucadnezaris æque ac anni Judæorum Eccleſiaſtici; 2. Chron. XXXVI, 10. §. 5. Menſis Niſan, primus quoque menſis annorum Zedekiæ, §. 6. Initium annorum Captiuitatis Ezech. I, 1. 2. indicatum; & Zedekiæ jam anno Capt. Bab. ſexto clam machinata, at ſequenti anno patefacta defectio a Nebucadnezare, Ezech. XXI, 18 ſeqq. §. 7. Obſidionem Hieroſolymæ, anno Zedekiæ octauo poſt paucos menſes circa tempus meſſis conſummatæ ſolutam, excipiens promulgatio anni Sabbathici, Jer. XXXIV, 7. XXXVII, 5 ſeqq. XXXIV, 14. 8. 9. §. 8. Hieroſolyma per totum annum Sabbathicum ab obſeſſione Chaldæorum libera §. 9. Obſidio poſterior, cujus initium incidit in finem anni noni Zedekiæ, omnium calamitoſiſſima §. 10. Diſtinguenda hic præparatio ab obſidione

ſtricte ſic dicta & anno Nebucadnezaris decimo nono finita Ezech. IV, 2. 3. Jer. LII, 29. §. 11. Inter expugnationem vrbis & aduentum Nebuſaradanis ad vrbem deuaſtandam totum annum interfuiſſe, Jer. LII, 12. §. 12. Nebuſaradanem tertio poſt aduentum die mandatum accepiſſe de percutienda vrbe, nec hoc fuiſſe opus paucorum dierum, Jer. LII, 12. 2. Reg. XXV, 8. Ezech. XXXIII, 21. §. 13. Ezechielis lamentationes pro percuſſa vrbe, & numeratus inde Ezech. XL, 1. annus decimus quartus, §. 14.

§. I.

Non deſinit poſt illa Annotator Scripturæ S. refragari, dum tradit, vt præcipua tantum commemorem: 1.) Annum primum 52. annorum regni Vſiæ, qui Scripturæ S. eſt viceſimus octauus Jerobeami II. & decimus ſextus ætatis Vſiæ 2. Reg. XV, 1. 2. fuiſſe annum decimum quintum Jerobeami II. & quartum ætatis Vſiæ, qui dicatur regnaſſe, non quod ſtatim reuera regnauerit, ſed quod ejus nomine regnum per duodecim annos adminiſtratum ſit; nam anno decimo ſexto eum demum majorennem eſſe factum (i), & ſic longe aliam Vſiæ rationem fuiſſe, ac Joaſi qui jam ſepti-

(i) Hypotyp. ad A. 3443. & 3455. item p. 46.

ſeptimo, Manaſſis qui jam duodecimo, Joſiæ qui jam octauo ætatis anno, non per adminiſtratores ſed ipſe regnum gubernauit, 2. Reg. XI, 21. XXI, 1. XXII, 1. 2.) A decem annis, quos Scriptura S. Menachemum teſtatur regnaſſe 2. Reg. XV, 17. excludendum eſſe illum Vſiæ annum, quo Menachem ibidem dicitur regnaſſe (k). 3.) Jothamum, qui 2. Reg. XV, 33. & 2. Chron. XXVII, 1. dicitur ſedecim annos regnaſſe, regnaſſe annos viginti: Regemque pium, qui fecit bonum in oculis DEI, & comparauit vias ſuas coram DEO ſuo, vt Proregem ſibi adjunxiſſe, & per vltimos quatuor vitæ annos vt ſocium regni toleraſſe, filium, qui non fecit rectum in oculis DEI, qui fuſilia fecit Baalibus, qui ſuffiuit in valde Benhinnom & aduſſit filios ſuos igne juxta abominationem gentium, qui ſacrificauit & ſuffiuit in excelſis & ſuper collibus & ſub omni arbore viridi, 2. Chron. XXIIX, 1 ſeqq. 2. Reg. XVI, 2. ſeqq. 4.) Annum primum ſedecim an-

K 5 norum

(k) l. c. ad A. 3481 ſeq.

norum regni Achaſi, qui Scripturæ S. eſt decimus octauus Pekachi 2. Reg. XVI, 1. fuiſſe annum alterum poſt interfectum exactis regni annis viginti Pekachum (1). Itaque 5.) quæ Jeſ. VII. 2. Reg. XVI, 5-18. 2. Chron. XXVIII, 5-16. dicuntur tempore Regis Achaſi, filii Jotham, facta, facta eſſe viuo adhuc Jothamo & antequam Achas Regis principalis dignitatem conſequeretur: proinde pium Jothamum ad erigendos ciuium Hieroſolymæ animos, ob fœdus inter Rezinum & Pekachum plane demiſſos nihil omnino contuliſſe, ſed tunc vel in numero illorum fuiſſe, qui non homines ſolum ſed & ipſum DEVM tædio affecerunt Jeſ. VII, 13. vel in vltimas forſan terras profectum eſſe, vt a nemine conſuli potuerit. 6.) Hiſkiam per duos priores annos nouem & viginti annorum regni non fuiſſe Regem principalem, ſed tantum Achaſi, quippe patris, ſocium: itaque Regem piiſſimum, cui non par inter omnes Reges Judæ, magnam illam religionis refor-

(1) Hyp. ad A. 3514 ſeq.

formationem, quam mox primo regiminis anno ſuſcepit, executum eſſe non ſolum viuo ſed & ſimul regnante Achaſo, quoad vixit, idololatra profligatiſſimo, 2. Chron. XXVIII, 22 ſeq. de cujus regno vt præterito mentionem tempore illius reformationis fecerunt Sacerdotes 2. Chron. XXIX, 19. Philiſtæos etiam de morte Achaſi tantopere lætatos eſſe, vt gaudium eorum coërcendum eſſet prophetia Jeſ. XIV, 28. 29. etſi non ignorarent, ab Achaſo filium Hiſkiam dudum in ſocietatem regni aſſumtum eſſe; filium autem ipſum, quamuis proprie ſic dictum, patrem tam parui feciſſe, vt ejus corpus exanime a ſepulchris Regum arceret, 2. Chron. XXVIII, 27. 7.) Nebucadnezarem, quem Scriptura S. ait vt Regem Babelis caſtra mouiſſe in Hieroſolymam, Dan. I, 1. 2. Reg. XXIV, 1. tempore hujus belli nondum fuiſſe Regem Babelis (m).

§. II.

Secundum hanc Chronologiam, non ſolum a primis principiis per ſexcentos annos

(m) Hypotyp. ad A. 3647 ſeq. & p. 49 ſeq.

nos peſſime cohærentem, ſed & ita, vt modo perſpeximus, continuatam, numerandus tandem eſt annus quintus Captiuitatis Babylonicæ & Zedekiæ vt trigeſimus poſt Jubilæum, ac, quod hujus calculi conſequens eſt, decimus Zedekiæ habendus pro Sabbathico illo, quo liberam fuiſſe obſidione Hieroſolymam conſtat ex Jer. XXXIV, 8. 14. 21. 22. (n) Superuacaneum ducerem tam inani ac futili fundamento innixa pluribus refellere, niſi diligentior horum annorum contemplatio eximiam promitteret lucem in hiſtoria Captiuitatis Babylonicæ, tanquam hiſtoria, a qua felix explicatio magnæ partis librorum Propheticorum, in primis Jeremiæ atque Ezechielis, dependet. Itaque conferatur primum Annotatoris ſententia cum verbis Jer. LII, 4. 5. *Factum eſt in anno nono, ex quo regnauit* (Zedekia), *in menſe decimo, in decimo menſis: venit Nebucadnezar, Rex Babelis; ipſe & omnes exercitus ejus contra Hieroſolymam, & caſtra metati ſunt contra eam, extruxeruntque contra eam vallum circum circa. VENIT itaque*

(n) Hyp. ad A. 3660. & 3665. it. p. 53 ſeqq.

itaque vrbs IN OBSIDIONEM, vel vt Vulgata habet: *ET FVIT CIVITAS OBSESSA VSQVE IN ANNVM XI. Regis Zedekiæ.* Eadem extant 2. Reg. XXV, 1. 2. ac confirmantur Jer. XXXIX, 1. 2. & Ezech. XXIV, 1. vbi v. 14. adduntur verba DEI: *Ego JEHOVA locutus ſum; veniet & faciam; NON RETROCEDAM, nec parcam, nec pœnitebit Me.* In nullo horum quatuor locorum vel minimum veſtigium ſolutæ aut interruptæ obſidionis apparet, ſed natiua potius ſermonis proprietas & conſecutio in illis omnibus hunc ſenſum fundit, Hieroſolymam inde a menſe decimo anni noni Zedekiæ vſque ad menſem quartum anni vndecimi Zedekiæ continuo & ſine vlla ceſſatione a Nebucadnezare circumſeſſam & obſeſſam fuiſſe. Equidem non nego, particulam עד interdum determinare continuationem interuallis diſtinctam. Sed tunc actionis aut rei natura ita fert, ut crebram iterationem ſuſcipiat: & quæcunque breuibus interuallis interjectis identidem fiunt, iis æquiparantur, quæ fiunt continuo. At obſidio vr-

bis

bis e. g. menſe primo cœpta, ſed poſtmodum prorſus ſoluta, & poſt aliquot demum menſes iterum cœpta atque vſque ad menſem decimum continuata, non ſine manifeſta repugnantia dici poteſt a menſe primo vſque ad decimum duraſſe. Proinde nec Hieroſolyma dici potuiſſet circa finem anni noni Zedekiæ veniſſe in obſidionem vſque ad annum vndecimum, ſi vrbs hoc interim ſpacio aliquot menſes obſidione caruiſſet.

§. III.

At Annotator, *Neque tamen*, inquit (o), *hæc etiam verba ſolutam eſſe* obſidionem *in illo temporis interuallo negant; quod illi ejusdem vatis relationi repugnaret, quæ ſolutam eſſe nos condocet.* Quaſi vero obſeſſio, a qua exercitus Regis Babylonii ſecundum Jer. XXXIV, 21. XXXVII, 5. 11. receſſit, non potuerit non eſſe eadem, ac quæ deſcribitur Jer. LII, 4. 5. Nonne melius eſt, duas obſeſſiones Hieroſolymæ ſtatuere; nonne præſtabilius, diſtinguere obſeſſionem re-

(o) Ann. p. 59.

remotiorem & eminus factam a propiori, cominus facta, atque hanc a proxima: quam locis Jer. LII, 4. 5. 2. Reg. XXV, 1. 2. Jer. XXXIX, 1. 2. & Ezech. XXIV, 1. 14. adimere proprietatem, concinnitatem ac perſpicuitatem verborum? Sed & aliis Hiſtoria Captiuitatis Babylonicæ Chronologiam noſtram mactat documentis, quibus euinci poſſit, obſeſſionem, a qua receſſerunt Chaldæi, non contineri obſidione Jer. LII, 4. 5. memoriæ prodita. Quæ vt vna cum pluribus obſeruatis notabilibus in lucem proferantur, age repetamus Hiſtoriam illam inde ab initio.

§. IV.

Cum Joſia, Rex Judæ, in prælio, quod cum Pharaone Nechone, Rege Aegypti, commiſit, cecidiſſet, ſucceſſit ei filius Joachaſus, cui nomen Schallum Jer. XXII, 11. fratri natu majori, Jojakimo, in electione ad regnum prælatus. At hunc vix tres menſes diademate ornatum Pharao Necho regno priuauit, ejusque fratrem Jojakimum pro patre Joſia creauit Regem, 2. Reg.

2. Reg. XXIII, 30 ſeqq. Ergo non eſt mirificum, quod Nebucadnezar, cum anno primo regni ſui & quarto Jojakimi bellum aduerſus Regem Aegypti compararet, Jer. XLVI, 2. ante omnia Regis hujus clientem & amicum, Jojakimum, tranſitum in Aegyptum ipſi ſine dubio denegaturum, judicauit ſubigendum. Sic factum eſt, vt anno quarto regni Jojakimi, Regis Judæ, veniret Nebucadnezar, Rex Babelis, Hieroſolymam, & obſideret eam; daretque DOMINVS in manum ejus Jojakimum Regem Judæ & partem vaſorum domus DEI: imo vt Nebucadnezar Regem catenis vinctum vna cum parte illa vaſorum deduceret in terram Sinear ad templum dei ſui, Dan. I, 1. 2. Jer. XXV, 1. 18. 2. Chron. XXXVI, 6. 7. Idem tamen Jojakimus eodem adhuc anno, promiſſa erga Nebucadnezarem fidelitate, regnum pariter ac libertatem recuperauit. Verum vltra triennium non perſtitit in fide, nec altero ſtatim poſt reſtitutionem anno veritus eſt librum Prophetiarum Jeremiæ ſcalpro diſſectum in ignem conjicere Jer. XXXVI, 1. 23. Quæ

faci-

facinora multis aliis flagitiis cumulata ipſi vndecimo regni anno exitium attulerunt. Nam immiſit in eum DEVS Nebucadnezarem, omnesque aquilonares nationes, ſcilicet Syros, Moabitas & Ammonitas, 2. Reg. XXIV, 1. 2. Jer. XXV, 9. qui illum in media Hieroſolyma tanto furore oppreſſerunt, vt aſini ſepultura ſepeliretur, raptatus & projectus extra portas Hieroſolymae, Jer. XXII, 19. Singulare eſt, in tantis turbis filium ejus Jojachinum, qui Jer. XXII, 24. 28. Chanjae, & Jer XXIV, 1. Jechanjae nomine appellatur, conſtitutum eſſe Regem. Sed poſt tres menſes & decem dies ſceptrum in vincula conuerſum eſt, 2. Chron. XXXVI, 9. Nam per id tempus Nebucadnezaris homines aduerſus Hieroſolymam expeditionem fecerunt: cumque vrbs in obſidionem veniſſet, & ipſe Nebucadnezar ad vrbem a ſuis obſeſſam veniſſet, dedidit ſe ei Jojachin. Quo capto, Nebucadnezar anno regni ſui nono abſtulit omnes theſauros, & Jojachinum cum aulicis totamque Hieroſolymam,

omnes Duces, omnes milites, ſcilicet Hieroſolymitanos vt indicant Accentus, numero decem millia, omnesque fabros & opifices, relicta ſola plebe, Hieroſolyma Babylonem, & præterea omnes Duces terræ, omnes in terra viros roboris, ſeptem millia, fabros & clauſtrarios mille, omnes potentes, facientes bellum, in captiuitatem abduxit, 2. Reg. XXIV, 10 ſeqq.

§. V.

Hæc eſt illa captiuitas, cujus initium in quam anni partem inciderit, operæ pretium eſt inquirere. Ea autem in re haud exiguo nobis adjumento eſt locus 2. Chron. XXXVI, 10. *IN REVOLVTIONE ANNI,* לתשובת השנה, *miſit Rex Nebucadnezar, abduxitque eum Babelem, cum vaſis deſiderii domus JEHOVAe: conſtituit autem Regem Zedekiam, fratrem ejus, ſuper Judam & Hieroſolymam.* Quid reuolutio vel conuerſio anni? Nihil ſane literæ propius eſt, quam conuerſionem anni ſignificare tempus anni naſcentis. Quare & Paraphraſis Chaldaica

R.

R. Joſephi, Rectoris Academiæ in Syria (p), pro illis verbis ſubſtituit לסוף רשתא *Ad finem anni*; Septuaginta ἐπιςρέφοντος τῦ ἐνιαυτῦ; Verſio Junii & Tremellii *Vertente anno*. Nec difficile eſt inuenire, qualis intelligatur annus: tametſi non placuerit conſulere Matthæi Poli Synopſin, quæ interpretationes Marianæ, Tirini, Lyræ, Cornelii a Lapide, Piſcatoris, in hanc contrahit ſummam: *Non intelligas factum fine anni ex quo cœpit regnare Joachin, qui & Jechonias, neque enim tam diu regnauit: ſed verum anni initium intellige, quod erat menſe Niſan. Vertente anno i. e. incipiente anno nouo; nempe, in principio Veris.* Obuerti quidem poſſet, intelligendum eſſe potius finem anni octaui Nebucadnezaris, cum hujus anni in commate proxime præcedenti mentio fiat. Hæc autem vt ex Polo allatis ſecundum mox dicenda non aduerſantur: ita confirmant Regulam noſtram de voce שנה numero præpoſita. Nam ſi octa-

 vus

(p) Paraphraſis in Libr. 1. & 2. Chron. quam Amſtel. A. 1715. cum verſione Latina in lucem emiſit Dav. Wilkins, p. 413.

vus Nebucadnezaris annus, quo Jojachinus regnum iniit, proxime ante Captiuitatem finitus fuit, neceſſe eſt, vt שנת שמנה 2. Reg. XXIV, 12. quia is annus fuit Captiuitatis, non octauus ſed nonus Nebucadnezaris ſit annus. Initium vero anni Eccleſiaſtici in populo DEI, ſi ordinariam tempora notandi rationem ſpectes, ſemper etiam fuiſſe initium annorum Regum, fragmenta annorum, quæ numero annorum regiminis continentur, ſatis aperiunt (q). Num enim alia res excogitari poteſt, qua fragmenta illa præciſa ſint, ac annus Ciuilis aut Eccleſiaſticus? At, niſi ſingulare quidpiam obſtet, annus merito pro illo habetur, cujus ſunt additi menſes. Jam ex Jer. XXXVI, 22. vbi menſis nonus hyemi tribuitur, fit manifeſtum, menſes in libro Prophetico Jeremiæ eſſe anni Eccleſiaſtici. Et in libris Regum ac Chronicorum, quin & Ezechielis, idem in eadem hiſtoria ſemper obtinet menſium numerus, qui in Jere-

(q) Conf. Chronol. n. S. p. 344. & Seder Olam Joh. Meyeri p. 13.

Jeremia. Ergo in omnibus illis libris annus menſibus junctus vel Eccleſiaſticus eſt, vel Eccleſiaſtico per omnia congruens.

§. VI.

At non ſolùm conſuetudo in populum DEI introducta ac menſem Niſan primum annorum Nebucadnezaris conſtituens, eundem quoque menſem primum annorum Zedekiæ conſtituit: ſed etiam hoc poſtulat verum regni Zedekiæ initium; quia Captiuitas incidit in conuerſionem anni, & Nebucadnezar eodem tempore Zedekiam juſſit regnare Judæ 2. Chron. XXXVI, 10. Zedekia hic potuit eſſe filius Joachaſi, Regis Judæ: nam fuit Jojachini דוד, 2. Reg. XXIV, 18. quemadmodum Abner דוד Sauli, natus ex Sauli patruo, 1. Sam. XIV, 50. 51. Regnum igitur mihi videtur ope Nebucadnezaris adeptus vt filius Regis injuſte regno dejecti. Falli tamen nos, libenter fatebimur, ſi Annotator probauerit, ſe non inuita veritate ſcri-

pſiſſe (r): *Annos captiuitatis & Zedekiæ non eſſe eosdem, niſi inde a primo menſe anni Eccleſiaſtici vſque ad quintum excluſum, ex multis elucet locis.* Mihi quidem adhuc nullus ejusmodi locus notus eſt: nec id elucet ex loco Ezech. XXXIII, 21. quem ſolum profert Annotator, quippe *percuſſionem* vrbis cum ejus *expugnatione* confundens, vt deinceps videbimus.

§. VII.

Itaque merito inſiſtimus argumento, quo planum facere conati ſumus, annum quartum Jer. XXVIII, 1. non eſſe Regni Zedekiæ (s). Nec probatione amplius indiget, idem fuiſſe anni Captiuitatis & anni Eccleſiaſtici initium: etſi hoc quoque docet locus Ezech. I, 1. 2. Cur enim hic bis ponitur dies menſis quintus, niſi ad ſignificandum, diem menſis quarti quintum anni triceſimi etiam fuiſſe diem menſis quarti quintum anni quinti? *Et factum eſt anno triceſimo, menſe quarto, die quinto menſis: die*

(r) Ann. p. 55. 56.
(s) Chronol. S. p. 329. & Defenſ. p. 105 ſeq.

die quinto menſis illius i. e. quarti, *qui fuit* idem ejusdem menſis dies *anni ipſius quinti poſt captiuitatem Regis Jojachin.* Inde anni hujus acta Prophetica pertingunt vſque ad Ezech. VIII, 1. nam Thel-Abib Ezech. III, 15. non fuit menſis, ſed nomen loci. Tum ſequitur ANNVS Captiuitatis & Zedekiæ SEXTVS, inde a quinta die menſis ſexti, cum memoriæ proditis vſque ad Ezech. XIX, 14. vbi appropinquaſſe dies calamitatum Hieroſolymæ, nec dilationem amplius ſperandam eſſe, legimus Cap. XII, 23. 25. Eo quoque anno jam rebellauit in Nebucadnezarem Zedekia, miſſis in Aegyptum legatis, per quos copioſum equitatum poſtularet & exercitum, Ezech. XVII, 12 ſeqq. Hæc tamen clanculum & prorſus ſecreto facta eſſe, ex illa Prophetiarum Ezechielis parte apparet, quam Ez. XIX, 14. ANNO Captiuitatis SEPTIMO, dieque decimo menſis quinti inſignitam reperimus. *Pone duas vias, quibus veniat Regis Babyloniæ gladius, ambas ex eadem terra profectas: & manum conſtitue, in principio viæ ad vrbem conſtitue. Viam vnam pone,*

qua veniat gladius Rabbatham Ammonitarum: alteram, qua munitam in Judaa Hieroſolymam. Conſiſtit enim Babyloniæ Rex in biuio viarum diuortio, auſpicii faciendi gratia: expedit ſagittas, Theraphim interrogat, adſpicit jecur. Ad dextram autem ejus diuinatio indicat Hieroſolymam, ad admouendos arietes, ad edendam cum vociferatione cædem, ad edendum cum clangore ſonitum: ad admouendos portis arietes, ad exprimendum aggerem, ad vallum exſtruendum. Sed iis, Nebucadnezari ejusque conſiliariis, *vana* primum ac fallax *videbitur* illa *diuinatio*, ideo quod *jurarunt jummenta illis* Zedekias & proceres Hieroſolymitani Ezech. XVII, 13. 16. 18. 19. 2. Chron. XXXVI, 13. quocirca Chaldæis nihil minus in opinionem venit, quam Regem illum pro hoſte habendum eſſe. *Attamen is*, Rex Babyloniæ, mirifico hoc caſu vt diligentius in res Zedekiæ inquireret commotus, *reſciſcit* paulo poſt *peruerſitatem* & rebellionem Zedekiæ, vt cauſam idoneam *ad inuadendum* Regem & Hieroſolymam. *Propterea ſic dixit ADONAI JEHOVIH; ideo*

quod

quod recordari facitis vos iniquitatis veſtræ, dum pateſiunt Chaldæis *prauaricationes veſtræ, ut appareant peccata veſtra in omnibus operibus veſtris: ideo quod recordari facitis*; vt ſcandalum immane, gentilibus perjurio datum, quadantenus tollatur, *manu capiemini*, Ezech. XXI, 18 ſeqq. Ex hisce efficitur, Nebucadnezarem jam anno ſeptimo Zedekiæ paraſſe arma contra Judæam & Hieroſolymam.

§. VIII.

Ipſa belli flamma maxime erupit ANNO Zedekiæ OCTAVO, quo Nebucadnezar, vt alibi (t) jam oſtendimus, Judæorum tria millia viginti tres ex ipſorum patria deportauit, Jer. LII, 28. quo etiam exercitus Regis Babelis pugnauit contra Hieroſolymam & contra omnes vrbes Judæ reſiduas, in primis contra Lachiſch & contra Aſekam, Jer. XXXIV, 7. Non ergo omnis Nebucadnezaris exercitus tunc contra Hieroſolymam caſtra poſuit, vt

(t) Defenſ. reſtit. antiq. p. 117.

vt poſtea, anni noni Zedekiæ menſe decimo, Jer. LII, 4. 2. Reg. XXV, 1. ſed pars tantum aliqua exercitus, reliquis alia oppida obſidentibus. Nec hæc exercitus pars Hieroſolymam eo tempore tam arcte cinxit, vt in obſidione poſteriori. Paucorum quoque menſium fuit illa obſeſſio: nam cum Pharaonis exercitus ad ferendum Zedekiæ auxilium ſe in viam daret, Chaldæi, qui Hieroſolymam obſidebant, ejus rei audita fama ab vrbe diſceſſerunt, Jer. XXXVII, 8. 5. Diſceſſum hunc factum eſſe anno Zedekiæ octauo circa tempus meſſis conſummatæ, colligo ex v. 11. 12. *Profecto autem Chaldæorum exercitu ab Hieroſolymis ob Pharaonis exercitum, exiuit Hieroſolyma Jeremias, iturus in Benjamiticidem*: exiuit ſcilicet, *vt inde*, de terra Benjamin, *acciperet portionem* ſuam ſacerdotalem e decimis (v), exiuitque *in medio populi*, non occulte, ſed publice, vt nemo ea de re juſte aliquid mali ſuſpicari poſſet. Nondum ergo annus

(v) Conf. in D. Jo. Heinr. Michaëlis Bibl. Hebr. Annot. ad h. l.

nus erat Sabbathicus, qui tamen talis eſſe cœpit anni hujus, anni Zedekiæ octaui, menſe ſeptimo. Nam *feriit Rex Zedekia fœdus cum vniuerſo populo, qui in Hieroſolyma, ad proclamandum illis* annum ſeptimum Deut. XV, 12. *annum libertatis: vt dimitteret QVISQVE ſeruum ſuum, & QVISQVE ancillam ſuam, Hebræum & Hebræam liberos; vt non exigeret ſeruitutem ab illis, ab Judæo fratre ſuo, VLLVS*, Jer. XXXIV, 14. 8. 9. Ex quo loco clariſſime intelligitur, annum ſeptimum, quo ſerui Hebræi manumittendi, non fuiſſe niſi Sabbathicum: nam alioqui manumiſſio non fuiſſet vniuerſalis, ſed quidam ſeruorum hoc, quidam alio anno fuiſſent dimiſſi, quia non eadem fuerunt ſeruitudinis initia. Quemadmodum igitur extra controuerſiam eſt, Annorum Sabbathicorum initium fuiſſe menſem Tiſri: ita non niſi vt tunc incipiens proclamari potuit. Facta autem mihi videtur promulgatio illa Anni Sabbathici hortatu Jeremiæ: ita ſcilicet, vt is non ſolum Zedekiæ ſuaderet Legis Diuinæ obſeruationem

nem, ſed & vaticinationibus ſuis efficaciter ea in re adjuuaret populi obedientiam.

§. IX.

Obedientia hæc laudem illam non meruiſſet, quæ ipſi Jer. XXXIV, 10. 15. tribuitur, ſi manumiſſi illico ſeruituti rurſum ſubjecti fuiſſent. Et cur annus manumiſſionis fuit ipſe annus Sabbathicus, niſi quod ſeruorum opera præcipue in agricultura poſita, ideoque nullo tempore minus moleſta eſſet ſeruorum inopia? Quis autem credibile exiſtimabit, ſeruos a ciuibus Hieroſolymæ aliisque Judæis eſſe retractos, antequam diuturnior Chaldæorum ſiue in finibus Aegypti ſiue alibi commoratio iis eriperet pœnarum Diuinarum metum; retractos, cum ſeruis non adeo eſſet opus? Itaque veriſimile judico, ſeruos demum circa finem anni Sabbathici eſſe retractos, cum ager denuo colendus majorem poſtularet operariorum numerum. Facile quoque annus cum dimidio interea effluere potuit, dum Nebucadnezar in Pharaone cupiditatem ſubueniendi Judæis com-

compreſſit, Ezech. XVII, 17. Hieroſolyma igitur non ſolum per totum Annum Sabbathicum, ſed & aliquot præterea tum ante tum poſt illum menſes, ab obſeſſione Chaldæorum libera fuit.

§. X.

At *ipſo ANNO* Captiuitatis & Zedekiæ *NONO*, *decimi menſis die decimo*, *factus eſt ſermo DEI ad Ezechielem hisce verbis*: *Fili hominis, ſcribe tibi nomen hujus diei, ipſum hunc diem: incubuit Rex Babelis in Hieroſolymam*, venit contra Hieroſolymam & appropinquauit ad illam, *IN IPSO DIE HOC*, quo hæc DEI tui verba auribus percipis, Ezech. XXIV, 1. 2. Annotator non vult videre, DEVM hic Prophetæ indicaſſe, quæ in loco longe disjuncto tunc gerebantur, ſed potius ſcribere ſuſtinet (x), DEVM hic prædixiſſe, fore, vt redeunte anno, eodem die decimo menſis decimi initium capiat obſidio. Sed temeraria hæc eſt Præteriti סמך in Futurum conuerſio. Nam etſi

(x) Annot. p. 55.

etſi non infrequens eſt in libris Propheticis Præteritum pro Futuro ſubſtituere: id tamen addita expreſſa temporis notatione vnquam fieri, tam inauditum quam a recta ratione alienum eſt. Ah Summi Numinis dicta tam irreuerenter & duriter habita! Accedit, quod Annotator perhibet (y), ſolutam tantum fuiſſe Hieroſolymæ obſidionem per 101. dies, & poſt hosce 101. dies inſtauratam non niſi quadraginta dies duraſſe. Scilicet intra quadraginta dies omnis Nebucadnezaris exercitus rediit, caſtra poſuit, vallum contra Hieroſolymam circum circa extruxit, & vrbem, quamuis munitiſſimam expugnauit, frumentum quoque omne in vrbe reconditum & abſentibus Chaldæis in eam importatum adeo abſumtum fuit, vt horrenda illa fames inde exoriretur, qua factum eſt, vt per 390. dies nemo vltra quinque vncias cibi quotidie acciperet, ac tandem infans & lactens in plateis deficeret ſicut confoſſus, matresque comederent infantes ſuos, 2. Reg. XXV, 3. Thren.

(y) p. 79 ſeq.

Thren. II, 11. 12. 19. 20. En ipſa commatis 19. & 20. verba: *Effunde vndatim cor tuum in DOMINI conſpectu: attolle ad Eum palmas tuas ob paruulorum tuorum vitam, qui fame paſſim per compita exanimantur. Adſpice, o JOVA, & conſidera, ecquem vnquam ſic tractaueris: ecquando fœtus ſuos, infantes in palmis geſtatos, comederint fœminæ?* Exiguus quoque captiuorum numerus Jer. LII, 29. luculentum præbet indicium, quot homines tunc fame perierint. Tantæ vero famis ſecundum Annotatorem cauſa ac fons fuit obſidio quadraginta dierum.

§. XI.

Ab anni Zedekiæ noni menſis decimi die decimo, quo Nebucadnezar venit contra Hieroſolymam, vſque ad anni Zed. 11. menſis 4. diem 9. quo vrbs expugnata, effluxerunt 18. vel ſi embolimæus interceſſerit, 19. menſes lunares. Non tamen Nebucadnezar ſtatim vt venit, obſidionem Hieroſolymæ confeciſſe putandus eſt, cum primum caſtra ponenda, variæ præparationes adhibendæ, & agger circum vrbem in alti-

altitudinem extruendus, quibus facile tres vel quatuor menſes conſumi potuerunt. Ita corrigantur, quæ in Chronologia noſtra (z), re nondum tantopere penſitata, de initio obſidionis ſtricte ſic dictæ ſcripſimus. Quippe in ipſa obſeſſione typica Ezechieli demandata, diſtinguuntur caſtrametatio, ædificatio valli, fabricatio aggeris, collocatio arietum, ab obſidione vrbis circumſeſſæ, vt antecedens a conſequenti, Ezech. IV, 2. 3. Cum autem annus Zedekiæ decimus fuerit Nebucadnezaris decimus octauus, Jer. XXXII, 1. neceſſario fatendum eſt, vndecimum Zedekiæ, quo vrbs capta, fuiſſe Nebucadnezaris decimum nonum. Ergo שנת decimi octaui Nebucadnezaris, quo captiuas abduxit ex Hieroſolyma animas 832. Jer. LII, 29. non ſignificat annum 18. ſed annum 19. Nebucadnezaris: quæ Regulam noſtram de voce שנת numero præpoſita iterum luculenter confirmant. Nam quomodo Nebucadnezar captiuos abducere potuit ex vrbe nondum expugnata?

§. XII.

(z) p. 315. lin. 12. 13. 14.

§. XII.

Si autem שנת 18. Nebucadnezaris fuit annus ipſius decimus nonus: conſequens eſt, שנת anni 19. Nebucadnezaris 2. Reg. XXV, 8. Jer. LII, 12. fuiſſe annum ipſius viceſimum. Vtroque loco eadem propemodum leguntur verba: *Quinti menſis die ſeptima, anni regni Nebucadnezaris viceſimo, Nebuſaradan magiſter equitum, ſeruus Regis Babylonis, Hieroſolymam venit, ac* diebus ſequentibus *JEHOVAe templum, & regiam, & omnia Hieroſolymæ ædificia, & maximas quasque domos, igni cremauit: murisque Hieroſolymæ circum circa demoliendis operam dederunt omnes milites ejus.* Vbi ſane adjectione anni Nebucadnezaris non fuiſſet opus, ſi menſis quintus eſſet ejusdem anni, cujus in præcedentibus numeratus fuerat menſis quartus. Si verba ita ſe haberent: *Quinti menſis die ſeptima venit Nebuſaradan*, menſis hic non ſine ſpecie traheretur ad præcedentem Zedekiæ annum vndecimum. At quorſum addita hic noua tem-

poris notatio, niſi in noui anni indicium? Igitur inter expugnationem Hieroſolymæ & aduentum Nebuſaradanis ad vrbem deuaſtandam totus annus cum aliquot diebus interfuit. Quo temporis ſpacio ſpolia conquiſita, aggeres quibus vrbs circumuallata complanati, exercitus deductus, ſupplicia de ſontibus ſumta, captiui deportati. Nec Nebucadnezar res ſuas tam præcipitanter egit, vt non ſufficientem interponeret moram ad deliberandum, vtrum tanta vrbs ſeruanda, nec ne?

§. XIII.

Cæterum locus Jer LII, 12. in eo differt a 2. Reg. XXV, 8. quod prior ille non ſeptimum, ſed decimum quinti menſis diem repræſentat. At pugnam facile tollunt Accentus, qui accurate ponderati Jer. LII, 12. hanc ſuppeditant interpretationem: *Menſe quinto, decimo menſis, anni viceſimi a regnante Nebucadnezare, Rege Babelis: venit, Nebuſaradan præfectus ſatellitum; venit & ſtetie*

tit coram Rege Babelis, Hieroſolymæ. Itaque Nebuſaradan ſeptimo menſis die Hieroſolymam venit, tertio autem poſt aduentum die ibi ad Nebucadnezarem accerſitus mandatum ab ipſo accepit de percutienda, h. e. vaſtanda vrbe. Hoc pacto decimus menſis quinti, anni viceſimi Nebucadnezaris, qui ſecundum ſupra demonſtrata ſimul fuit duodecimus Captiuitatis Babylonicæ, primus fuit vaſtationis. Sed Templum, & regiam & omnia Hieroſolymæ ædificia comburere, murosque vrbis tam munitæ diruere, opus eſſe paucorum dierum, quis dixerit? Ideo in anno Captiuitatis duodecimo, quinto demum menſis decimi die venit ad Ezechielem quidam Hieroſolymis elapſus, & dixit: percuſſa eſt vrbs, Ezech. XXXIII, 21. Vrbs expugnata profecto non eſt eadem quæ percuſſa. Nam quemadmodum vox הכה inter alia dicitur de percuſſione frugum terræ, vitium & arborum, per grandinem, integritatem lædendo, & erecta in terram proſternendo, vt notauit

Vir Clar. Chriſtianus Stockius (z): ita vrbs percuſſa ſignificat vrbem, cujus ædificia, cujus cacumina, cujus mœnia in terram quaſi proſtrata.

§. XIV.

Veſpere illius nuncii aduentum antegreſſo apertum eſt JOVæ inſtinctu os Ezechielis, vſque dum veniret ad ipſum nuncius poſtero mane: apertum eſt os, vt non mutus eſſe poſſet amplius, Ezech. XXXIII, 22. ſecundum prædictionem Diuinam Ezech. XXIV, 26. 27. Apertum eſt os in lamentationes, fletus atque ejulatus, quibus Hieroſolymam vaſtatam proſecutus eſt, cui jucunditate oculorum ſuorum orbato interdictum fuerat, ne plangeret, aut ploraret, aut lacrimaret, aut ſuſpiraret, aut vllum funereum luctum faceret, Ezech. XXIV, 16. 17. A percuſſione etiam vrbis numeraſſe poſtmodum Prophetam annos, perlu-

(z) Clau. Linguæ Sanctæ V. T. p. 676.

perlucet ex Ezech. XL, 1. *Viceſimo quinto anno poſt captiuitatem noſtram; initio anni hujus, decimo menſis; in decimo quarto anno: poſtquam percuſſa eſt vrbs. In ipſo die hoc eſſe cœpit ſuper me manus JOVAe & duxit me illuc.* Quia Sakeph percuſſionem vrbis principaliter diſtinguit ab anno decimo quarto, patet, verba: *Viceſimo quinto anno poſt captiuitatem noſtram*, conſtituere Parentheſin, qua ſeparata, hic emergit ſenſus: Decimo quarto anno, decimo menſis, initio anni; poſtquam percuſſa eſt vrbs. Verum autem anni hujus initium fuit menſis quintus, cujus decimo die percuſſio vrbis incepit. Ipſo igitur hoc menſis illius quinti decimo die poſt tredecim annos a vaſtatis Hieroſolymis & Templo aliam videt Ezechiel Hieroſolymam cum Templo longe præſtantiori. Et cum finis decimi tertii anni vrbis percuſſæ inciderit in viceſimum quintum Captiuitatis, hac ipſa quoque

temporis notatione egregie confirmatur, annum percuſſæ vrbis fuiſſe duodecimum Captiuitatis Babylonicæ (a). Tot ope veræ Chronologiæ & doctrinæ probatæ Accentuum ſoluuntur nodi, tot deteguntur recondita.

(a) 12 + 13 = 25.

CAPVT

CAPVT XI.

De initio annorum ſeptuaginta Captiuitatis Babylonicæ.

Summaria.

Reſponſio ad argumenta, quibus pars aduerſa probare conatur, annos LXX. Capt. Bab. numerandos eſſe a tertio Jojakimi, in primis petita ex Jer. XXV. & Beroſianis §. 1. Captiuitate, quæ Ez. XXXIII. & XL. dicitur noſtra, *nullos excludi Judæos tunc captiuos §. 2. Captiuitas cum Jojakimo abductorum mox penitus reſciſſa §. 3. Fabricatio Coloſſi Nebucadnezaris anno ipſius primo cœpta; & hiſtoria hujus Coloſſi confirmans, ſequentibus annis vſque ad annum Nebuc. nonum nullos Babylone fuiſſe Judæos captiuos, §. 4.*

§. I.

Opportune nunc diſceptabimus, an annorum captiuitatis, quos numerat Ezechiel, & annorum ſeptuaginta Captiuitati Babylonicæ a DEO præſtitutorum idem ſit initium? Negat hoc Annotator (c), & Buddeum ſolidis fundamentis adſtruxiſſe ait, annorum ſeptuaginta initium ab anno

(c) p. 60. ſeqq.

Jojakimi tertio ducendum eſſe. At quam ſolidis fundamentis vel argumentis id factum ſit, ſingulorum conſideratio accurata patefaciet. *Primo inter deportationes omnium prima fuit Jojakimi.* Nonne autem ea prior fuit deportatio Manaſſis, 2. Chron. XXXIII, 11? Ergo conuenientiſſimum erit numerum annorum ſeptuaginta Captiuitatis Babylonicæ inire a captiuitate Manaſſis. Sane Manaſſes non ſecus ac Jojakim cum quibusdam ex populo captiuus Babylonem abductus fuit, 2. Chron. XXXVI, 6. Sed & Jojakimi captiuitatem non ſecus ac Manaſſis breui ſpacio interjecto priſtina libertas excepit. *Secundo, Jer. XXV,* 1. *anni quarti Jojakimi & mox hoc ipſo Capite v.* 11. *annorum LXX. Capt. injicitur mentio; quod documento eſt, initium LXX. annorum inde ſumendum eſſe.* Quo pacto & ſic argumentari licitum erit: Dan. IX, 1. 2. anni primi Darii & deinde eodem Capite v. 24. ſeptuaginta hebdomadum Propheticarum fit mentio: Ergo LXX. hebdomades ab anno primo Darii numerandæ ſunt. Longe melius argu-

argumentum depromimus ex Jer. XXIX, 1. 2. 10. Nam quibuscunque captiuis poſt ſeptuaginta annos captiuitatis promittitur reditus ad patriam, illorum captiuitas eſt ſeptuaginta annorum. Atqui captiuis abductis cum Rege Jechanja poſt LXX. annos reditus promittitur. Anno autem Jojakimi quarto Jer. XXV, 1. ſeptuaginta Captiuitatis Babylonicæ anni non vt jam præſentes proponuntur, ſed vt poſt immiſſum denuo Nebucadnezarem demum futuri prædicuntur v. 8 ſeqq. *Tertio & quarto, finis annorum LXX. Captiuitatis diſerte traditur annus primus Cyri; vnde ſi numeres annos LXX. initium non poteſt non eſſe annus primus Nebucadnezaris.* Verum a primo Nebucadnezaris vſque ad primum Cyri nouem & ſeptuaginta annos effluxiſſe, in Chronologia noſtra (d) demonſtrauimus. Perperam enim ſine dubio egit Buddeus (e), quod in tradenda Regum Babylonicorum ſucceſſione Beroſum potius ſecutus eſt, de

(d) p. 61 ſeqq. & p. 253 ſeqq.
(e) Conf. ejus Hiſtor. Eccleſ. V. T. P. II. p. 815.

cujus fabuloſis narrationibus & ad euertendam Scripturæ S. authoritatem compoſitis figmentis toties conqueſtus eſt Georgius Syncellus (f), quam Scripturam S. Jer. XXVII, 7. Dan. V, 30 ſeq. & Joſephum, qui rejectam a Buddeo Regum Babylonicorum ſeriem ex monumentis domeſticis hauſit. Beroſianam autem tantummodo pro conſuetudine ſua adoptauit, vt placeret Ethnicis, iisque Hiſtoriam ſuam intermixtis qualibuscunque exterorum teſtimoniis redderet veriſimiliorem.

§. II.

Nullum eſt dubium, quin Spiritus S. DEI populum ideo de LXX. annis Captiuitatis Babylonicæ fecerit certiorem, vt populus ab hac captiuitate annos numeraret. Quapropter nefas erit affirmare, ipſum Spiritum S. in libro Prophetico Ezechielis, annos ab alia captiuitate numerare, quam a qua voluit vt numeraret populus-

(f) Vid. Ill. Fabricii Biblioth. Græc. Vol. XIV. p. 178. 179. 193. Add. quoque verba Cedreni ibid. p. 182.

pulus. Attamen Annotator cum Buddeo ſuo huc prolabitur, ſtatuens, Ezechielem, quoties de annis captiuitatis loquitur, non ſeptuaginta annos Captiuitatis Babylonicæ, ſed ſuæ captiuitatis annos intelligere.* Monſtretur autem locus, vbi Ezechiel dicat: *Anno captiuitatis meæ*. *Anno*, inquit, *captiuitatis noſtræ* Cap. XXXIII, 21. XL, 1. Itaque vox *noſtræ* ſecundum Annotatorem excludit magnam illam populi partem, quam vna cum Daniele putat abductam, forſan vt excommunicatam ab Ezechiele & reliquis captiuis cum Jojachino abductis. Sed meo judicio vox *noſtræ* nullos Judæos captiuos in Babylonia commorantes excludit, excludit tantum captivos ethnicos & idolis ſeruientes. Alioqui Ezechiel non dixiſſet *Anno captiuitatis noſtræ*, ſed *Anno captiuitatis Jojachini*. Ergo captiuitas abductorum cum Jojachino, ſiue Jechanja, non ſolum omnium maxima fuit, vtpote familiarum plus decem & octo millium, ſed etiam principalis vnice captiuitas Judæorum Babylonica, nullam

præ-

præcedentem continuans, deportationibus tamen annorum Nebucadnezaris 15. 19. & 24. accedentibus, continuata atque amplificata.

§. III.

Rationi vtique magis conſentaneum eſt, annos Captiuitatis Babylonicæ a maxima omnium numerari captiuitate, quam a minori. At ſicut Buddeus nullo nixus fundamento ſtatuit, deportationem, quæ anno primo Nebucadnezaris contigit, in numero deportationum majorum habendam eſſe: ita nec Annotator ſe liberauit ab objectatione, quod Nebucadnezarem tertio Jojakimi anno præter juuenes illos ſtirpis regiæ MAGNAM populi Judaici partem in Babyloniam abduxiſſe, non probet, ſed fingat. Nebucadnezar, vt Dan. I, 3. Accentus docent, Aſchpenaſum duplicis generis pueros juſſit adducere: pueros de filiis Iſraëlitarum ſiue Judæorum, captiuorum quidem adhuc, ſed nunc ad patriam remittendorum, eosdemque ſtirpis regiæ; & pueros de ſatrapis, certe

certe non Iſraëliticis, quis enim vnquam de פרתמים in populo DEI aliquid inaudivit? ſed Babylonicis vel Perſicis. Horum majorem fuiſſe numerum, probabile eſt: illorum autem non niſi quatuor electi, v. 6. 7. Quis inde colliget, magnam populi Judaici partem tunc fuiſſe captiuam? Sed nec ex Beroſi verbis plus efficitur, quam Judæos *nonnullos* anno Nebucadnezaris primo in captiuitatem eſſe abductos. Id vero nunquam negauimus, qui ipſum Regem Jojakimum abductum eſſe ex Sacris Literis compertum habemus. Cum autem Jojakim mox reſtitutus ſit: quis credat, ipſi ſubjectos in captiuitate manſiſſe, & non ſimul cum Rege ſuo eſſe dimiſſos? Itaque hæc captiuitas eodem adhuc anno euanuit, nec quidam ex Judæis captiuis præter Danielem ejusque ſocios Babylone retenti. Daniel vero ejusque ſocii, ad tantos honores euecti, non amplius dici potuerunt captiui, niſi ea ratione, quam Logici vocant ampliationem. Et quidem, ſi ex Danielis popularibus plures adfuiſſent, plures ſine dubio renuiſſent Regis cibum

vinum-

vinumque, plures accuſati fuiſſent de non adorato coloſſo aureo, plures in ardentem igne fornacem fuiſſent conjecti.

§. IV.

Hiſce etiam inducor ad mutandam ſententiam (g) de Anno decimo octauo, quo Caput Danielis tertium in Bibliis τῶν ό præfixum apparet. Is nimirum pro epochæ Exitus ex Aegypto potius quam Mundi anno compendifacto habendus, & ſic incidit in ipſum primum Nebucadnezaris annum (h). Nec abſurdum videbitur, Coloſſum aureum vt monumentum regni tam feliciter initi a Nebucadnezare eſſe erectum. Cum vero Coloſſus hic, judice Buddeo (i), inter maximos totius orbis referendus ſit, & Coloſſum Rhodium fere æquauerit, fabricatio quidem ipſius jam anno primo Nebucadnezaris incepta eſt: at non potuerunt non quatuor vel quinque anni abire, antequam tantum opus perfice-

(g) Defenſ. reſtit. Antiqu. Temp. p. 116.
(h) 2776 † 1118 = 3894.
(i) l. c. p. 780.

ficeretur. En hoc tempore vſque ad Nebucadnezaris annum nonum nulli Babylone fuerunt Judæi captiui. Quomodo igitur anni illi annis ſeptuaginta Captiuitatis Babylonicæ poſſunt includi? Non entis ſane nulla ſunt accidentia. Ideo quoque Spiritus S. Matth. I, 12. initium Captiuitatis Babylonicæ in tempore Jechanjæ figit: nec aliunde annos ſeptuaginta computauit ipſe Daniel Cap. IX, 2. nam חרבות Hieroſolymæ hic non Hieroſolymam dirutam & combuſtam, ſed habitatoribus nudatam denotant. Habitatoribus autem nudatam eſſe anno primo Nebucadnezaris, tantus nono Nebucadnezaris anno inde abductorum numerus dicere prohibet.

CAPVT

CAPVT XII.

De Ahaſuero vero Eſteræ marito.

Summaria.

Teſtimonia Cteſiæ, Herodoti, & veterum Hebræorum de annis Cambyſis; maxima nominum & rerum in Hiſtoria Cambyſis & Eſteræ conuenientia; nec Ahaſuerum Eſr. IV, 6. alium eſſe ac Cambyſem, §. 1. Multitudo Judæorum, qui poſt captiuitatem in Babylonia manſerunt, & libertas, quam tunc habuit Judæa, §. 2. Nominum Aſtyages *&* Cyaxares *apud Xenophontem permutatio, ortusque nominis Cyaxares ex* Key-Achſcharesch, *nominis Key-Omaras ex* Kedor Laomor, *& nominis Kores ex* Key-Ores, *§. 3. Potentia Cyaxaris, Regis Medorum, minime comparanda ad potentiam Ahaſueri, mariti Eſteræ, §. 4. Cyaxaris gaudia poſt amiſſum Aſiæ imperium, Suſa a Cyaxare vaſtata, Chaldæa Nebucadnezari a Medis non erepta, §. 5.*

§. I.

Adhuc tractatorum occaſionem falſis Jubilæis & Sabbathicis ſuis Annotator dedit. Verum delatis ſic ad tempora Captiuitatis Babylonicæ alia eſt occaſio inquirendi in fata non ſolum Judæorum inter Babylonios degentium, ſed & ipſius Babylonis a Ne-

Nebucadnezare in ſummum faſtigium euectæ. Illam offert Viri Celeberrimi & de Philologia S. inſigniter meriti, *L. Franc. Wokenii Diſputatio Philologica de Eſteræ cum Ahaſuero conjugio* (k). Nam in hac Diſputatione Vir Celeberr. ſcribit (l), in mea de Ahaſuero illo ſententia forte eſſe multa, quæ aliis non probata fuerint, e. g. Ameſtris nomen non Hebræum, maxime vero, quod Cambyſes per tredecim minimum annos regnare debuiſſet, ſi eſſet Ahaſuerus, cum tamen Herodotus ipſi tantum ſeptem annos & quinque menſes tribuat. Miramur, Virum Doctiſſ. hæc tanti facere, maxime cum non ſolum noſtris partibus faueat Cteſias, ab initio Monarchiæ Cyri, quod citra dubium etiam Cambyſi honorificum accidit, 22. Cambyſis annos numerans, ſed vocibus τὰ πάντα demonſtratum quoque a nobis ſit, Herodotum hic in mendo cubare (m). Prouocauimus præterea ad conſenſum Hebræorum in Seder Olam;

N qui-

(k) Witemb. 1729. (l) p. 6.
(m) Vid. Chronol. S. p. 358 ſeqq.

quibus nunc addimus eiusdem libri (n) verba: *Dicimus in Megilla, quinque eſſe annos Darii* (Medi) *& Cyri.* Megilla illa Joh. Meyero ſub Templo ſecundo conſcripta eſſe & ab ipſo Eſra primordia ducere videtur (o). Minimum liber eſt Hebræorum vetuſtiſſimus, qui teſtatur, Cyrum Aſſyriis ſine ſocio tantum regnaſſe annos tres, vel cum anni fragmento quatuor, ideoque Cambyſis regnum diuturnius fuiſſe, quam quidam rentur. Eadem Megilla Ahaſuerum Cyri proximum ſucceſſorem conſtituit, & hæc adjungit, quæ etiam ſunt apud Raymundum Martini (p): *Ahaſuerus regnavit XIV. annis, de quibus duo anni habentur per Gemaram*, id eſt traditionem, vt docet Raymundus, *duodecim vero per textum* Eſt. III. Denique multa alia argumenta ex Chronologia noſtra profluunt, numerum annorum Cambyſi a nobis adſcriptorum confirmantia, quæ breuitati ſtudens repetere

(n) Cap. 28. p. 83.
(o) Vid. S. Ven. Wolfii Biblioth. Hebr. Tom. III. p. 1195 ſeq.
(p) Pug. Fid. P. II. Cap. 5. p. m. 219.

tere nolo. Quod autem ad nomen *Ameſtris* attinet; fac nomen Eſter eſſe Perſicum: vnde cognoſcit Vir Doctiſſimus, linguam ſiue Perſicam, ſiue Chaldæam, ſiue Aſſyriam, illo tempore nullas admiſiſſe voces Hebræas? Nec tamen ſolum eſt nomen Eſter, quod ex monumentis ethnicis erutum eſt. Inuentum etiam eſt nomen Hadaſſæ in nomine *Atoſſæ*; Carſchna, vel vt ὁ efferunt, Ἀρχεσαΐς, in nomine *Croeſi*; Mardochæi in nomine *Smerdis*, qui ab Aeſchylo Tragico, cui annus ſeptimus Cambyſis natalis fuit (q), vocatur Μάρδος (r). Illa omnia in rebus Cambyſis ab Herodoto traditis commonſtrauimus, harumque inſuper cum rebus Ahaſueri in Scriptura S. memoriæ proditis tantam conſpirationem, vt majorem æquus lector expetere nequeat. Et quid glaucomatis

N 2 quæ,

(q) Natus enim eſt poſtremo Olympiadis LXIII. vt teſtantur Epochæ marmoreæ Arundelianæ; quæ verba ſunt Ill. Fabricii Biblioth. Græc. Vol. I. p. 602.

(r) in Perſis. Vid. Scal. de Emend. Temp. Libr. VI. p. 590.

quæſo Viro Doctiſſ. ob oculos objectum fuit, vt non videret, nomen Ahaſueri Eſr. IV, 6. in neminem quadrare niſi in Cambyſem? Nam falſum eſt, quod docet (s), Ahaſuerum hunc medium regnaſſe inter Darium & Artaxerxem. Nonne dudum repudiata eſt ſententia, Templi ædificationem eſſe impeditam vſque ad tempora Darii Nothi? Nonne manifeſtum eſt, Eſr. IV, 6 ſeqq. narrari, quid conſilio conſiliariorum conductorum præcipue factum ſit, vt Templi ædificatio poſt Cyrum vſque ad imperantem Darium Hyſtaſpis ſuſpenderetur, v. 5?

§. II.

Quæ Vir Celeberr. poſtea obuertit, non ſunt majoris momenti. Percipere ſe non poſſe ait, quare Eſtera ab Ahaſuero non petierit reſtaurationem Templi vrbisque Hieroſolymorum, ſi Ahaſuerus Cambyſes. Sed cauſas impeditæ ſub Cambyſe ædi-

(s) p. 7.

ædificationis Templi a me explicatas (t) perpendenti id non erit incomprehenſibile, maxime, ſi ſimul recordatus fuerit, Eſteram Ahaſuero anno demum ante ipſius mortem patriam ſuam & genus ſignificaſſe Eſt. II, 10. 20. VIII, 1. Deinde Vir Doctiſſ. Eſteræ Hiſtoriam poſt ſolutam Captiuitatem Babylonicam contigiſſe ideo negat, quia Judæorum per prouincias regni Medo-Perſici tunc diſperſorum tanta fuerit multitudo, vt 75800. vnico fere die ex hoſtibus interficere potuerint. At ſi Judæi ſub Ahaſuero pro captiuis habiti ſunt, cur hujus rei nullum prorſus in libro Eſteræ apparet indicium? Et cur Haman illos non vocauit captiuos Eſt. III, 8? Ex Hamanis certe verbis, incognito aulæ Eſteræ genere, & libertate Sacrorum, quam Judæis vbique fuiſſe verba Hamanis teſtantur, citius colligitur, hiſtoriam poſt, quam ante ſolutam Captiuitatem contigiſſe. Fallitur etiam Vir Doctiſſimus, ſi putat, Judæos, quos Nebucadnezar capti-

(t) Chronol. S. p. 361 ſeq.

vos abduxit, vel horum liberos, ſoluta Captiuitate omnes e terris Aſſyriis in patriam remigraſſe, & qui remigrarunt, remigraſſe ſimul atque eodem tempore. Poſt mandatam a Cyro profectionem ad patriam *MVLTI apud Babylonem manſerunt, nolentes poſſeſſiones ſuas relinquere*, vt tradit Joſephus (v). Quod & ſatis cognoſcitur ex Eſr. I, 5. VII, 13. Nec ejusdem temporis fuerunt migrationes ſub Scheſchbazare Eſr. I, 11. Serubabele Neh. VII, 5. 6. 7. Eſra Eſr. VII, 7. VIII, 1 ſeqq. Adde incredibilem illorum numerum, quos poſt Cambyſis demum tempora ex terris Aſſyriis Duce Serubabele rediiſſe, Joſephus narrat. *Omnium*, inquit (x), *abeuntium ex tribu Judæ & Benjaminis, qui annum duodecimum ſuperarent, ſumma erat myriades CCCCLXII. & millia VIII.* Vbi quidem rem præter modum exaggeratam eſſe, libenter fateor: nec tamen propterea, nihili facienda eſſe omnia, mihi perſuadere poſſum. Quinqua-

(v) Antiq. Jud. Libr. XI. Cap. 1. p. 548. edit. Haverc.

(x) l. c. Cap. 3. p. 554.

quageſima illius ſummæ pars interficiendis 75800. par fuit. Quid? quod Judæi omnes eos hoſtes non per ſe, ſed maximam partem ope Aſſyriorum, juſſu Ahaſveri ipſis ſubuenientium, occiderunt, Eſt. VIII, 17. & Addit. Libri Eſt. VI, 13. 14. Fruſtra denique Vir Doctiſſ. noſtra quoque impugnat, cum, *Si Judæi*, inquit, *rediiſſent in patriam*, *Eſtera totius gentis internecionem timere non debuiſſet*. Nam Eſteram *totius* gentis internecionem timuiſſe, probari nequit. Timuit gentis ſuæ exitium Eſt. VII, 3. 4. in terris, vbi diſperſa Cap. III, 8. non in Judæa, quæ tunc ſui juris, nec in 127. Ahaſueri provinciis numerata fuit.

§. III.

Sententia igitur noſtra de Eſteræ marito adhuc manet immota. Quæ & haud parum confirmabitur porro atque illuſtrabitur ruina ſententiæ, quam defendit Vir Doctiſſ. quod ſcilicet Ahaſuerus Eſteræ ſit pater Darii Medi, Dan. IX, 1. Cyri auus ma-

maternus. Ahaſuero illi apud Xenophontem eſt nomen Aſtyages, vt Dario Medo, Cyri auunculo, nomen Cyaxares. Verum probe notandum eſt, Xenophontem nomina horum Regum, quibus apud Herodotum plerumque gaudent, permutare, ita vt Xenophonti ſit Aſtyages, qui Herodoto Cyaxares, & Xenophonti Cyaxares, qui Herodoto Aſtyages: id quod ſcriptorum collatio ſedula non diu ſinit occultum eſſe. Licet autem in Hiſtoria Cyri Xenophontem ob magnum ejus cum Scriptura S. conſenſum Herodoto, hic monſtroſas fabulas admiſcenti, longe præferam: tamen, quod ad nomina illa attinet, Herodotum Xenophonti ideo cumprimis antepono, quia nomine *Cyaxares* nomen Achaſchueroſch, quod Scriptura S. patri Darii Medi tribuit, contineri exploratum habeo. Quippe vocabulum κυαξάρης conſtat ex voce Perſica כי, κυ vel *Key*, & nomine *Achſcharesch*, quod, vt quilibet videt, ipſum eſt nomen Achaſchueroſch, vel quomodo legitur Eſt. X, 1. *Achaſchreſch*, eliſa litera Vau,

non

non ſecus ac Darjaueſch conuertitur in Δαρεῖος. Sed, inquiet aliquis, cur tibi de voce *Key* credamus, quæ forſan ex tuo tantum nata eſt ingenio? Non igitur omittenda ſunt verba Thomæ Hyde (y): *In catalogo Regum Perſiæ ſuo ordine memorantur* Key-Guſhtâſp (Cyhyſtaſpes), ſcil. τῶν Keyân *ſeu* Illuſtrium *vltimus*, *qui hoc Titulo gaudebat. Nam omnibus Dynaſtiæ Medicæ Regibus præmittebatur Titulus* Key, *vſque ad iſtum Regem incluſiue.* Eundem titulum deprehendere mihi videor in Rege *Kejomars*, a quo genus ſuum deducunt Perſæ, *dicentes*, *Nos ſumus filii Kejomaras*, *quod is ille*, *a quo initium habuit tota progenies eorum ſicut ab Adamo*, ſecundum Ibn Shahna apud Thomam Hyde (z). Sub hoc nempe *Key-Omaras* latere arbitror Regem Kedar *Laomor*, Regem *Elam*, quo nomine olim Perſia vocata fuit, Gen. XIV, 1 ſeqq. Ejusmodi vocum in nominibus conjunctiones

(y) Hiſtor. Relig. vet. Perſar. Cap. 23. pag. 302.

(z) l. c. Cap. 35. p. 418. Conf. etiam Cap. 10. p. 170 ſeq.

nes Perſas amaſſe, teſtis etiam eſt Herodotus, cui *Artoxerxes* idem quod *magnus Xerxes*, vel *magnus bellator* (a). Et quid vetat honoris titulum κὐ in ipſo Cyri nomine quærere, vt Κῦρος, ſiue *Kores* Jeſ. XLIV, 28. XLV, 1. idem ſit quod *Key-Ores?* Cum vero ὀρεὺς Græcis, voce Perſica forſan in ciuitatem Græcam recepta, ſit *mulus*, facile apparet, cur Cyrus dictus fuerit ἡμίονος, & Pythia, vt refert Herodotus (b), Croeſo de diuturnitate regni ſui quærenti reſponderit, Lydos ſubigendos eſſe, ὅταν ἡμίονος βασιλεὺς Μήδοισι γένηται. Ita & Euſebius (c) Nabuchodonoſoris vaticinium, *mulum Perſicum* venturum eſſe, qui Babylonios ſubigere debeat, ex Megaſthene profert. Vera autem nominis ratio videtur fuiſſe, quod Perſia, cui pater Cyri imperabat, vt hodieque teſte Ad. Oleario (d), in toto Oriente quam maxime aſinis abun-

(a) Libr. VI. Cap. 98.
(b) Libr. I. Cap. 55. 91.
(c) Præpar. Euang. Libr. IX. Cap. 41. p. m. 348 ſeq. Conf. B. Aegid. Strauchii Breu. Chronol. Libr. IV. Cap. 23. Q. 2. p. m. 761.
(d) Perſian. Reiſebeſchreib. Libr. V. Cap. 8. p. 574.

abundaret, & Media, patria matris Cyri, ob copiam & nobilitatem equorum, qua de re plura exponit idem Olearius (e), in primis celebrata eſſet.

§. IV.

Itaque Celeberr. Wokenius Cyaxarem, Regem Medorum, filium Phraortis, pro Ahaſuero Eſteræ habet. Hunc fuiſſe Regem Medorum & Perſarum ſimul, probat locis quibusdam Herodoti, cujus tamen, vbi Xenophonti contrarius eſt, ſine aliis argumentis, vt ſupra jam innuimus, hic parua eſt authoritas. Verum etſi Xenophon non prohibet ſtatuere, regnum Perſiæ, Cyaxaris & ſucceſſoris Aſtyagis tempore, fuiſſe regnum quodammodo dependens a regno Mediæ: Mediæ tamen ac Perſiæ regnare nondum eſt, ab Jndia ad Aethiopiam vſque, centum viginti ſeptem provincias imperio tenere, Eſt. I, 1. Vir Doctiſſ. Cyaxari quidem tantam imperii amplitudinem aſſignare non veretur, at inui-

(e) l. c. p. 575.

inuitis omnibus vetuſtatis nunciis. Scythas Aſiæ imperium, Cyaxari circa regni initia ademtum, annos 28. obtinuiſſe, Herodotus memoriæ prodidit (f). Quantus illo tempore Cyaxares Monarcha fuerit, nihil opus eſt pluribus verbis commemorare. Poſtea autem ingens Nebucadnezaris potentia, qui Cyaxari ſuperſtes fuit & anno Cyaxaris trigeſimo tertio vniuerſam Aegyptum imperio ſuo ſubjecit (g), nimiopere obſtitit, quo minus Cyaxares imperium ab India vſque ad Aethiopiam proferret. Ipſius adhuc Cyri vires Aſſyriis viſæ ſunt paruæ, quo tempore non ſolum præcipuis Mediæ ac Perſiæ copiis nitebatur, ſed & iis jam adjunxerat Chaldæos Armenis conciliatos & Hyrcanios. Gobryas id ediſſerit apud Xenophontem (h), vbi & ad Cyrum, *Scio*, inquit, *multo majores vires ex Babylone exiiſſe, quam hæ, quas nunc tu habes.* Addo verba Xenophontis (i): *Cyrus aſſumtis quo-*

que

(f) Vid. Chronol. S. p. 259.
(g) Chronol. S. p. 65.
(h) Diſcipl. Cyri Libr. V. p. m. 85.
(i) Libr. I. p. 2.

Digitized by Google

que LIBERIS GENTIBVS ASIAe, ſoluens cum PARVA Perſarum MANV, Medis volentibus atque Hyrcanis imperauit. Subiugauit Syros, Aſſyrios, Arabas, Cappadocas, Phrygas vtrosque, Lydos, Caras, Phœnicas, Babylonios. Potitus eſt etiam Bactrianis & Indis ac Cilicibus, & itidem Sacis & Paphlagonibus, & Mariandinis, atque aliis quam plurimis gentibus, quarum ne nomina quidem quis dixerit. Inſuper dominatus eſt Aſiaticis Graecis. Cum vero deſcendiſſet ad mare, Cyprios quoque & Aegyptios imperio tenuit. Quoscunque Cyrus demum ſibi ſubiecit, iis profecto Cyaxares nondum imperauit. Facile autem ex illis intelligitur, quantum Cyrus regnum filio Cambyſi reliquerit. *Imperium terminauit Cyro ad orientem rubrum mare*, h. e. Oceanus Jndicus, *ad ſeptentriones pontus Euxinus*, *ad occidentem Cyprus & Aegyptus*, *ad meridiem AETHIOPIA*, ſecundum eundem Xenophontem (k). Termini igitur auſtrales Eſt. I, 1. tantum indicantur, & quidem vt terminus, vnde prouinciæ illæ

127.

(k) Libr. VIII. p. 160.

127. ad ſeptentrionem verſus numerandæ. Quapropter Vir Doctiſſ. parum Geometrice ſcripſit (1): *Si Cambyſes Ahaſuerus noſter eſſet: amplitudo regionum, quibus praeerat, non ab India ad Arabiam, vel etiam Aegyptum, ſed ab India vſque ad Scythas, aut Graecos, dimetienda fuiſſet.*

§. V.

Videat jam porro Vir Celeberrimus, quam belle res Ahaſueri noſtri conueniant ad Cyaxarem, patrem Aſtyagis, ſiue Darii Medi. Cyaxares ſcilicet, ſi Virum Celeb. audimus, anno regni ſui tertio, poſt amiſſum Aſiæ imperium, & a Scythis vndique preſſus, omnibus ſuis proceribus & ſubditis conuiuium fecit, quo ſui tam glorioſi regni opulentiam, & tam egregium magnitudinis decus oſtentaret, Eſt. I, 2. 3. Et hoc conuiuium fecit Suſis, ibique vſque ad decimum quartum regni annum ſedem regiam habuit, Eſt. III, 7. 15. IX, 11. quanquam Suſa a Cyaxare vaſtata, & a filio

(1) p. 9.

filio Aſtyage demum in integrum reſtituta eſſe, Aeſchylus, judice Scaligero (m), non obſcure dicit. Non potuit tamen Aſtyages Suſa reſtituere, niſi poſt mortem Abradatæ, Regis Suſorum, qui ab vxore ſua Panthea, Cyri captiua, inductus, ab Aſſyrio ad Cyrum defecit, & in prælio Cyri cum Crœſo anno 27. (n) poſt Cyaxaris mortem occubuit. Hæc pluribus explicat Xenophon (o), cujus & ſunt ſequentia (p): *Cyrus tempore hyemali degebat Babylone ſeptem menſes: hac enim regio tepida eſt. Per veris autem tempus tres menſes degebat SVSIS, in æſtatis autem vehementia menſes duos agebat Ecbatanis.* At Cyaxares non Suſis, ſed ἐν Ἐκβατάνοις exſtinctus eſt, teſte apud Diodorum Siculum (q) Cteſia. Accedit tandem enunciatum Viri Doctiſſ. omni carens fundamento (r): *Mardechæus in captivitate*

(m) de Emend. Temp. Libr. VI. p. 590 ſeq.
(n) 3962 — 3935 = 27.
(o) Cyropæd. Libr. V. p. 79. VI. p. 107. 116. VII. p. 126.
(p) Libr. VIII. p. 160.
(q) Biblioth. Hiſt. Libr. II. p. m. 120.
(r) p. 22.

uitate ſua Suſis habitauit, qui cum captiuis, qui in captiuitatem cum Jechonja in Babyloniam abiemnt, quidem fuit abductus, ſed Chaldaea maximam partem in Cyaxaris & Aſtyagis poteſtatem redacta, huc conceſſit. Ergo Chaldæa maximam partem Nebucadnezari vbique triumphanti a Medis erepta fuit. Ergo populus Eſteræ, tribus Juda & Benjamin, a Nebucadnezare inBabyloniam deportatæ, maximam partem ante reditum ex Captiuitate Babylonica locum captiuitatis mutarunt, & non tam a Babylonia quam a Media in patriam reduces factæ ſunt: etſi ſecundum Jer. XXIX, 1. 4. 5. 6. 7. 10. Eſr. I, 11. VIII, 1. res longe aliter euenit. Cyaxaris quidem exercitum ope Cyri Chaldæis auctum eſſe, ſupra memorauimus. At hosce Chaldæos alios fuiſſe, ac Babylonios vel Regibus Babyloniæ parentes, quibus Scriptura S. illud nomen eo tempore tribuit, ex præda vixiſſe, & ſtipendia meruiſſe ſæpe apud Jndorum Regem, ſæpe etiam apud Cyaxarem, ideoque gentem fuiſſe liberam, Xenophon (s) luculenter docet.

(s) Libr. III. p. 51.

CAPVT

CAPVT XIII.

De Rebus Cyri tempore Captiuitatis Babylonicæ.

Summaria.

Eclipſis Solis, quæ pugnam intèr Cyaxarem & Lydos diremit, Chronologiæ noſtræ veritatem confirmans, annumque Cyri natalem commonſtrans, §. 1. Cyrus anno ætatis 28. & primo regiminis Euilmerodachi contra hunc ipſum Euilmerodachum auxilio vocatus ab Aſtyage §. 2. Cyrum ante mortem Darii Medi non fuiſſe Regem proprie dictum, nec regno, quod ipſi ab anno æt. 40. vſque ad Monarchiam tribuitur, quicquam aliud deſignari quam imperium ſupremum bellicum, §. 3. Euilmerodachi Regis Bab. in pugna cum Cyro occaſus & elogium; bellique contra Babylonios per plures annos vſque ad expugnatam Babylonem à Cyro continuati deſcriptio ex Xenophonte, vt pateat hujus hiſtorici cum Sacris Literis conſenſus, §. 4.

§. I.

Sed vt in hac Hiſtoriæ parte dictorum veritas & Chronologiæ noſtræ præſtantia eo magis pateat, operæ pretium erit res Cyri ex præcipuis temporum characteribus conſiderare. Non autem immerito in horum numero habemus Eclipſin Solis hor-

rendam, a Thalete Mileſio prædictam, quæ pugnam inter Cyaxarem & Lydos diremit, ſecundum Herodotum (t). Hunc ſolis defectum Olympiadis 48. anno 4. accidiſſe, Plinius (v) memoriæ prodidit: vnde colligitur, accidiſſe anno Per. Jul. 4129. qui in noſtra Chronologia eſt Mundi 3925. & Cyaxaris trigeſimus (x). Demonſtrauit quoque B. Aegid. Strauchius (y), horrendam ejusmodi ſolis obſcurationem illo anno factam eſſe Maji die 28. eamque ait tanto magis bellatores terruiſſe, quod ſolem recepiſſe ſplendorem ſuum plene, obſeruare non potuerint, die cum ſole deficiente. At Cyaxaris imperio hanc eclipſin conuenire, negauit Vir Beatus, & Herodotum falſo ſcripſiſſe arbitratus eſt, illud ſolis deliquium Cyaxaris temporibus accidiſſe. Ea tamen in re Herodotum culpa liberat Chronolo-

(t) Libr. I. Cap. 74.
(v) Nat. Hiſt. Libr. II. c. 12.
(x) 3735 † (4x48 = 192) = 4129 — 204 = 3895 † 30 = 3925.
(y) Breu. Chronol. Libr. IV. Cap. 15. Q. 8. p. m. 635 ſeqq.

nologia noſtra, & prælium memoratum anno altero poſt debellatos Scythas a Cyaxare commiſſum eſſe docet. Sed ideo non affirmo, Herodotum hic næuis carere: quibus nihilominus aliqua inſperſa ſunt, Xenophonti, & ſic etiam Hiſtoriæ Cyri lumen haud contemnendum fœnerantia. Etenim non dubito, quin prælium, quo Cyaxarem cum Lydis decertaſſe Herodotus tradit, idem ſit, quod Cyaxarem cum Regis Aſſyriorum filio vxorem ducturo commiſiſſe, narrat Xenophon (z). Ex venatione certe nata eſt pugna, & quidem poſt belli tempora, apud Herodotum; & inde orta eſt quoque pugna apud Xenophontem. *Regis Aſſyriorum*, Nebucadnezaris, *filius*, Euilmerodachus, patre, vt opinor, inſciente & in aliis bellis gerendis occupato, *audiens in iis locis, quæ Aſſyrios Medosque dirimunt, feras eſſe permultas, quoniam ceſſatum eſſet ab illorum venatione propter bellum*, ſcil. Scythicum, *cupiditate affectus eſt eo exeundi. Quo igitur tutius venaretur, & equites plures aſ-*

O 2 *ſumſit*

(z) Cyropæd. Libr. I. p. 12 ſeqq.

ſumſit & ſcutatos, qui maximam partem Lydi fuiſſe videntur, *vt feras expellerent ex aſperioribus ſylvis in locos cultos ac ſpacioſos, Sed poſteaquam eo venit, vbi Aſſyriis caſtella & ſtatio, aduenerunt ex vrbe, qui priori ſtationi ſuccederent & equites & pedites*, Lydi forſan & ipſi, vtpote Aſſyriis perpetuo fideliſſimi atque amiciſſimi; *isque arbitratus multum eſſe exercitum, conſilium cepit, optimum factu eſſe, vt prædam ageret ex Medorum ſolo.* Hic vero prudentia & fortitudo Cyri maxima Cyaxari vſque eo profuit, vt Aſſyrii cum Lydis, inclinata acie, verterentur in fugam. *Medi autem totis viribus inſequentes permultos fecere captiuos, nec ſtetere prius, quam ad hoſtium peditatum peruentum eſſet. Tunc* nimirum *ſubſtiterunt*, inſidias eo magis veriti, quod cum deliquio ſolis nox ingrueret. Illo tempore Cyrum decimum ſextum egiſſe ætatis annum, Xenophon ſcriptum reliquit. Ad ſeptuageſimum autem perueniſſe, cum quadraginta natus annos regnare cœpiſſet, Cicero (a): & ἕσης ὀλυμ-

πιάδος

(a) Libr. I. de Diuinat. Cap. 23.

πιάδος ἑξηκοστῆς δευτέρας defunctum, Theophilus Antiochenus (b); vbi Olympias denotat annum primum quadriennii Olympiadici. Demtis jam de ſumma annorum ætatis Cyri completorum annis ſedecim, reſtant anni 53. ſiue 13. quadriennia Olympiadica & annus vnus (c): quibus ſubtractis e 61. Olympiadibus & anno vno, reſiduus ſit annus quartus Olympiadis 48. (d) h. e. idem annus, quo Eclipſis Solis, teſte Plinio, pugnam inter Cyaxarem & Lydos diremit. Cum vero iſte annus ſit Mundi 3925. ſequitur, Cyrum natum eſſe A. M. 3909. (e) h. e. anno ſexcenteſimo ante CHRISTVM natum, regnante Hieroſolymis Zedekia, בצרק Ieſ. XLV, 13.

§. II.

Poſt Medos deinde Aſſyriis, vt Herodotus refert, ope in primis Labyneti (f) Ba-

(b) ad Autol. Libr. III. p. 380 ſeq.
(c) 69 — 16 = 53 = (4×13) † 1.
(d) 61 — 13 = 48.
(e) 3925 — 16 = 3909.
(f) Idem nomen & patris & nepotis fuiſſe, diſcimus ex Herod. Libr. I. Cap. 188.

Babylonii, h. e. Nebucadnezaris, qui filii facinus ſine dubio valde improbauit, reconciliatos, Cyri pater Cambyſes, teſte Xenophonte (g), eum ad ſe reuocauit, quo patria inſtituta diſcendo abſolueret. *Temporis autem progreſſu moritur in Medis Cyaxares: & Aſtyages, Cyaxaris filius,* quem Scriptura S. vocat Darium Medum, *frater Mandanæ*, matris Cyri, *regno Medorum potitur. At Rex Aſſyriorum* nouus, Euilmerodachus, Nebucadnezaris filius, *cum arbitraretur, ſi Medos feciſſet imbecillos, futurum, vt finitimis omnibus facile imperaret, mittit & ad ſubditos ſuos omnes, & ad Regem LYDORVM Crœſum, aliosque populos plurimos, tum apud eos inſimulans Medos ac Perſas, tum etiam dicens, haſce gentes & magnas eſſe & validas, & ad idem conſentientes, mutuis inter ſeſe matrimoniis conjunctas, atque in vnum convenientes, itaque periculum eſſe, niſi quis eos anteuertens debilitarit, vt ſingulas adorti, nationes in ſeruitutem agant. Quare his verbis alii perſuaſi, alii muneribus ac pecuniis inducti,*

(g) l. c. p. 14.

ducti, quibus ille plurimum abundabat, faciebant cum illo ſocietatem. At Aſtyages, Cyaxaris filius, cum accepiſſet & inſidias eorum & apparatum aduerſus ſe, tum ipſe continuo omnia parabat contra, quae poterat, tum mittebat in Perſas & ad rempublicam & ad Cambyſen, qui & ſororem haberet vxorem, & regnaret in Perſis. Mittebat etiam ad CYRVM, eum rogans, operam daret, vt ſi quos milites reſpublica Perſarum in auxilium ſibi mitteret, eorum ipſe iret imperator. Hæc Xenophon (h) tradens, *Jam enim*, inquit, *Cyrus, impletis annis decem* ἐν τοῖς ἐφήβοις, *erat in perfectæ aetatis viris.* Inter Ephebos autem recenſebantur octodecim annos nati, teſte Julio Polluce (i). Ergo Cyrus tunc octo & viginti annos (k) natus fuit, qui anno natali 3909. additi efficiunt annum Mundi (l) 3937. Hic vero annus cum in Chronologia noſtra ſit primus Euilmerodachi, Regis

 gis

(h) Libr. I. p. 15 ſeq.

(i) Onomaſt. Libr. VIII. Cap. 9. Tit. 25. p. m. 402.

(k) 18 † 10 = 28.

(l) 3909 † 28 = 3937.

gis Bab. & ſecundus Aſtyagis f. Darii Medi: quis non cernit, quanta Chronologiæ illi ex Xenophonte naſcantur præſidia?

§. III.

Bellum illud alterum eſt, quod Medis interceſſit cum Aſſyriis. Hoc vero tunc quidem inſtrui cœptum eſt, at poſt plures demum annos in actum erupit. Aſtyages enim, antequam Aſſyrios aggrederetur, iuit ad caſtella, quæ erant juxta Aſſyriam, vt ea redderet quam munitiſſima, & Cyro haud exiguum tempus opus fuit ad auertendam Armeniorum defectionem & pacem inter Chaldæos & Armenos conciliandam (m). Caſtrametatus eſt deinde Cyrus aliquandiu intra confinia, & in Mediam redux tamdiu ibi cum exercitu commoratus eſt, vt timeret, ne Aſtyages moleſte ferret eos alere. Ad Aſtyagem, *Abs te*, inquit, *ipſi nunc alimur magna tua cum impenſa: ſi aduerſus hoſtes eduxerimus exercitum, ex illorum agro alimenta capiemus* (n). Accedit, quod

(m) Vid. Xenoph. Libr. II. p. 40. ſeqq. & Libr. III. p. 51.

(n) Id. l. c. p. 53 ſeq.

quod Cicero, Cyrum quadraginta annos natum regnare cœpiſſe, teſtatur. Non autem id ita accipiendum eſt, quaſi Cyrus ex eo tempore fuerit Rex proprie ſic dictus, aut ſiue Perſiæ, ſiue Mediæ regnaverit. Nam capta Babylone Cyrus parauit reditum in Perſas, & in Mediam veniens diuertit ad Aſtyagem ſ. Darium Medum: qui vbi ſe inuicem ſunt complexi, Cyrus primum inquit Aſtyagi, ei ædes Babylone egregias eſſe, & regiam, quomodo vsquam, & cum illuc iret, εἰς οἰκεῖα καἸάγεσθαι (o). Ex quibus ſatis apparet, Cyrum regnum Babyloniæ non ſibi, ſed Dario Medo acquiſiuiſſe. In Perſiam autem mox properans, patrem & matrem offendit incolumes: quo tempore pater non ſolum ſe adhuc Regem Perſarum eſſe profeſſus eſt, ſed & Regnum non niſi poſt mortem fore Cyri declarauit (p). Nec Cyrus rediit Babylonem ante annum elapſum (q), qui procul dubio ille eſt annus, quo Darius

O 5 Medus

(o) Xenoph. Libr. VIII. p. 156.
(p) p. 157. (q) p. 159.

Medus Babylone regnauit. Itaque regnum, quod Cyrus anno ætatis quadrageſimo nactus eſt, non eſt niſi imperium bellicum, quod accepit, cum pater & auunculus ipſum in bello aduerſus Aſſyrios ſupremum exercitui conſtituerent Imperatorem. Ideo Cambyſes poſt filii reditum Perſis præcipiens inter alia, *Superioribus*, inquit, *temporibus vos Cyrum amplificaſtis, quippe cui & exercitum dederitis, & exercitus principem conſtitueritis*. Vocatus tamen eſt Rex, non ſolum quod erat vtriusque regni, Mediæ & Perſiæ, Princeps hæreditarius, ſed etiam ob magnam ac prorſus inuſitatam felicitatem & potentiam. *Qui aliquando dixit ſe Cyri conſanguineum, At ego, inquit, ὦ βασιλεῦ, Rex enim mihi nihilo minus videris natura eſſe, quam qui in alueari apium eſt dux* (r). De hac re nondum tantopere cogitaui, cum Chronologia noſtra S. prodiret: quapropter p. 261. lin. 12. loco vocum *cum Cyro* legendum *cum Perſis*, & lin. 15 ſeqq. *Cyaxarem regnum*

(r) Xenoph. Libr. V. p. 81.

regnum Perſicum genero Cambyſi amoris cauſa tradidiſſe, reſeruato tamen cum ſibi tum filio ſupremo, etiam in Perſidem, imperio. Hisce conuentis ſtetit etiam filius Aſtyages, & eatenus contentus regno Mediae fuit, cui poſtmodum regnum Babylonicum, conſiliis & virtute Cyri ſororis filii acquiſitum, acceſſit. Proinde etiam verba p. 262. lin. 19. 20. ita immutanda ſunt: *Succeſſit autem eodem anno patri, Regi Perſarum, vt vnicus filius, & Aſtyagi, filiis carenti, vt auunculo, poſtquam imperium militare ſummum, patris ſimul & auunculi nomine, 21. jam annis geſſerat.* Sic lin. 23. non legendum *Rex Perſidis*, ſed *Imperator*; lin. 24. 25. non *Regnum igitur Cyri Perſicum*, ſed *Imperium igitur Cyri militare*; p. 263. lin. 12. 13. non *de Regno ipſius Perſico ſub Aſtyage*, ſed *de Imperio ipſius bellico ſub patre & auunculo*; lin. 22. 23. non *de Regno Cyri Perſico*, ſed *de Imperio Cyri*; p. 67. lin. 1. 2. non *Regno Perſico ab Aſtyage*, ſed *Imperio contra Aſſyrios a patre & auunculo.*

§. IV.

§. IV.

Vt vero in præcedentibus expoſita clare indicant, eundem Regem Euilmerodachum, qui Babyloniis anno 28. ætatis Cyri regnauit, iis etiamnum anno 40. ætatis Cyri regnaſſe: ita quarto anno poſt, qui fuit annus Mundi 3954. bonum hunc Euilmerodachum interfectum eſſe in pugna illa, quam Cyrus cum ipſo & Crœſo, ipſi inter alios tunc præcipue juncto, commiſit, Xenophon (s) itidem ſignificat. *Gobryas, vt Cyrum vidit, ait: O here, ego genere ſum Aſſyrius, qui & oppidum habeo validum, & magnæ dominor regioni. Præterea equites habeo circiter* 1300. *quos præbebam Regi Aſſyriorum, eramque illi amiciſſimus. Sed vbi ille a vobis necatus eſt, VIR SANE BONVS, illiusque filius mihi inimiciſſimus ſucceſſit in regnum, veni ad te.* Et poſt pauca interjecta: *Atqui ejus pater, & me commiſeratus eſt, & calamitatem meam permoleſtam ſibi eſſe declarauit. Ego igitur ſiquidem ille viueret, nunquam ad te iſſem, quo illi nocerem. Nam illius multa ami-*

(s) Libr. IV. p. 61.

amicitiæ merita erga me fuere, cui etiam inſeruiui. Sed poſteaquam in filii mei interemtorem deuenit imperium, nunquam huic ego poſſem eſſe beneuolus, nec etiam hic me, certo ſcio, amicum vnquam duceret (t). Cyrus quoque (v), *O Gobrya*, inquit, *nonne tu hunc adoleſcentem, qui nunc in regnum conſtitutus eſt, moribus eſſe accuſas admodum inſolentem?* Quia igitur, illum Regem, adhuc adoleſcentem, Euilmerodachi filium, vſque ad Babylonem a Cyro captam regnaſſe, quæ apud Xenophontem ſequuntur euincunt: Belſchaaſſari annos haud paucos fuiſſe, perſpicuum eſt. Nam initio inter Cyrum & nouum Regem fœdera percuſſa ſunt in plures annos, vt operantibus pax eſſet & armatis bellum (x). Tum vero Cyrus retro repetiit Syrorum Medorumque confinia, & in itinere Babyloniorum vrbem intuitus quidem, ſed in via, qua proficiſcentes fere juxta ipſum murum commeabant, manere

(t) Xen. l. c. p. 77. (v) apud eund. Libr. V. p. 85.
(x) Xen. Libr. V. p. 94.

nere non auſus eſt (y). Poſtea de ſolvendo exercitu deliberatum eſt (z), & bellum omnino in aliud tempus dilatum fuiſſet, niſi Crœſus, Imperator ac dux vniuerſorum hoſtium lectus, illud inſtauraſſet (a). At Crœſus acie ſuperatus fugit Sardes (b), vbi captus eſt a Cyro anno 1. Olympiadis 58. teſte Euſebio (c), cui conſonat C. Jul. Solinus ſcribens (d): *Olympiade octaua & quinquageſima Cyrus victor intrauit Aſiæ oppidum Sardes, vbi tunc Crœſus latebat.* Annus ille in Chronologia noſtra eſt A. M. 3962. (e) ex quo tempore Cyrus bellum octo annos aduerſus Babylonios continuauit, & Babyloni in primis obſidionem fecit, quam hoſtes in muro deridebant, vt qui res neceſſarias haberent plus quam viginti annorum (f). Sed intra paucos annos Cyrus inchoata perfecit, ſingulari illius prouidentia ſtipatus, qui gur-

(y) p. 97 ſeq.
(z) Xen. Libr. V. p. 102. (a) p. 108. ſeq.
(b) Xen. Libr. VII. p. 125.
(c) in Chronicis. (d) Polyhiſt. Cap. 7.
(e) 3733 † (4x57 = 228) † 1 = 3962.
(f) Xenoph. Libr. VII. p. 130.

gurgitem arere juſſit, ejus exſiccans fluuios, Jeſ. XLIV, 27. ſeq. Quo factum eſt, vt alueo fluminis nocte in foſſas deducti viam dante, prorſus inopinato vna cum exercitu in vrbem penetraret nocte vinoque ſepultam. Babylonii enim tunc feſtum ebrietatis atque intemperantiæ agitabant. Itaque cum Gobrya primum ingreſſi *vna cum clamantibus Babyloniis clamabant, tanquam etiam ipſi ebrii eſſent & incontinentes, euntesque, quam poterant celerrime, venerunt ad ædes regias. Vbi cum clamor & ſtrepitus* efficeret, vt portæ aperirentur, *qui cum Gadata erant, irruunt, illosque ſequentes ac percutientes qui refugiebant intro ad Regem properant, quem jam ſtantem diſtricto acinace quem habebat inueniunt. Et hunc quidem milites illi multi qui erant cum Gadata & Gobrya e medio ſuſtulerunt.* Illa vero ex Xenophonte (g) proferre ideo animum

(g) Libr. VII. p. 151 ſeq.

mum induxi, vt cum Dan. V. pie conferantur. Expugnata ergo ſic Babylone, Cyrus Monarchiam Aſſyriorum tranſtulit in Darium Medum, ſucceſſor ejus anno inſequente, quem DEI populus numeravit vt Captiuitatis Babylonicæ ſeptuageſimum.

CAPVT XIV.

De excidio Babylonis veteris, & migratione Babylonica Judæorum poſtrema.

Summaria.

Annorum ſeptuaginta Capt. Bab. nota in Capitibus Alphabeticis Threnorum, Pſalmi Alphabetici, annuque occupatæ ab Alexandro M. Babyloniæ Jer. LI, 56. prædictus, §. 1. Demetrius Poliorcetes, Juuenis ad delendam Babylonem excitandus, Jer. L, 3. 44 ſeqq. §. 2. Exorta anno euerſæ Babelis Epocha Seleucidarum, & cur ea Aera Contractuum dicta, item gemina ejusdem ratio, §. 3. Migratio Doctorum Judaicorum in Babyloniam poſt mortem R. Judæ ſancti, & dimenſio Voluminis volantis Zach. V. annos Phariſaiſmi vſque ad excidium Hieroſolymæ ſignificans, §. 4. Mulier in Epha, ſ. doctrina impia Judaica, poſt annos 432. ſedem inueniens in Talmude Babylonico, Zach. V, 5 ſeqq. §. 5.

§. I.

Ad illum vltimum captiuitatis annum DEVS populi ſui animum maxime voluit eſſe attentum, quare & forſan in Lamentationibus Jeremiæ Cap. II, 17. III, 49. IV, 17. litera ע locum tenet extraordinarium. Imitantur enim illa Threnorum Capita

Pſalmos Dauidis Alphabeticos, quales Pſalmi 34. 37. 111. 112. 119. 145. vbi quidem in ejusmodi Verſuum ſtructuræ cauſis eſſe arbitror, vt memoria inde quoddam ſumat ſubſidium, nec tamen improbabile judico, rei ſimul ſubeſſe aliquid myſterii, præſertim cum ordo literarum immutationem quandam patitur. Inter notabilia quoque referendum, Babylonem anno ſexageſimo nono Captiuitatis a Cyro occupatam, anno quater ſexageſimo nono ab initio Captiuitatis Babylonicæ (h) occupatam eſſe ab Alexandro Magno. Quod prædictum videtur Jer. LI, 46. *Et veniet poſt eundem* captiuitatis *annum*, *in quo rumor* modo dictus de hoſtibus contra Babelem auditus, iterum ſcil. elapſum, *& poſt idem* ſecundo *tempus* denuo tertiumque *anno illo* recurrente, *rumor aliquis* de hoſtibus: *& erit violentia in terra illa* Babelis, *dominator ſuper dominatorem* familiæ Nebucadnezaris & Babyloniæ. Certum eſt, ſermonem, quem DEVS per Jeremiam in Babyloniam fecit Jer. L.

(h) 3901 † (4×69 = 276) = 4177.

L. ſeq. non conuenire ad tempora Cyri & Regum ſequentium Monarchiæ Perſicæ. Nam nunciat ibi Propheta, vrbem Babel penitus exſcindendam eſſe, Jer. L, 3. 23. 26. 39. 40. 45. LI, 25. 26. 29. 37. 62 ſeq. quæ tamen nec ſub Dario Medo nec ſub Cyro vaſtationem experta eſt, & adhuc perſtitit tempore Darii Hyſtaſpis & Artaxerxis primi, Eſr. V, 17. VI, 1. VII, 9. VIII, 1. Henricus quidem Buntingius (i) Strabonem ait teſtari, Babylonem a Xerxe funditus euerſam eſſe. Sed perperam is ad totam vrbem tranſtulit, quæ Strabo tantum de Beli ſepulchro ſatis dubitanter narrat. *Ibi*, inquit (k), *etiam Beli ſepultura eſt, nunc euerſa: quod feciſſe Xerxes fertur.* De ipſo Alexandro M. dici nequit, quod Babelem vaſtauerit: nam is, teſte Q. Curtio (l), diutius in hac vrbe quam vſquam conſtitit, & ſecundum Corn. Nepotem (m) Ba-

(i) Itinerar. Scripturæ S. edit. Leuckfeld. p. 208.
(k) Geograph. Libr. XV. p. m. 508.
(l) de Reb. Alex. M. Libr. V. Cap. I. p. m. 114.
(m) de Regibus Cap. 2.

Babylone morbo conſumtus eſt. *Babylonem procedenti Alexandro Mazaus, qui ex acie in eam vrbem confugerat, cum adultis liberis ſupplex occurrit; vrbem ſeque dedens. Gratus aduentus ejus fuit Regi, quippe magni operis futura erat obſidio TAM MVNITAE VRBIS* (n).

§. II.

At paucis poſt Alexandri M. obitum annis vrbem hanc deletam eſſe, perſuaſiſſimum habeo. Peperit ſcilicet ipſi excidium bellum inter Antigonum & Seleucum, & inde orta in Seleuco loci aſpernatio. Nam eodem adhuc anno, quo Seleucus prouinciam Babyloniæ recuperauit, Mediamque ac Suſianam in poteſtatem ſuam redegit, Rex hic Mediæ vrbem Babel, imperata per Præſidem incolis diſceſſione ac fuga, arbitrio Demetrii permiſit, qui eam tunc ruinis & ignibus deleuit. Audiatur ea de re Diodorus Siculus ad A. V. C. 441, ſcribens (o): *Antigonus de ſuperioribus provin-*

(n) Curt. l. c. p. 112.
(o) Biblioth. Hiſtor. Libr. XIX. p. m. 735 ſeq.

vinciis anxie ſolicitus, Demetrium filium mittit cum peditum ex Macedonia 5000, *& mercenariis* 10000, *equitumque* 4000. *Huic imperatum erat, vt ad Babylonem vſque aſcenderet, & recuperata Satrapia, celeriter deſcenderet ad mare. Demetrius itaque Damaſco Syriæ egreſſus, Patris mandatum properanter ac ſtudioſe exſequitur. At Patrocles, a Seleuco Babyloniæ præſes datus poſtquam,* περὶ μεσοποταμίαν εἶναι τὰς πολεμίους, proxime tamen a Syria, ideoque a ſeptentrionibus imminentes, *cognouit, aduentum illorum, quod paucos circum ſe haberet, exſpectare non audet: ſed ceteros jubet, VT VRBE EXCEDANT, horumque alii, Euphrate relicto, in deſerta fugiant; alii, ſuperato Tigri, in Suſianam & ad mare Perſicum abeant. Ipſe cum adjuncta manu fluminum & foſſarum objectu, loco propugnaculorum, ſe tutans, in Satrapia obuerſatur; tum inſidias hoſti moliens, tum ad Seleucum in Mediam, de iis quæ ſubinde fierent, miſſitans; eumque ad ferendum celerrime ſuppetias exhortans. Demetrius vbi Babylonem peruenit, VRBEMQVE REPERIT DESERTAM, arcium oppugnationem aggreditur, captamque alteram*

militibus diripiendam concedit, κ. τ λ. Imo *quæcunque ex illa prouincia rapere poſſent, in prædam ſuam vertere milites juſſit*, teſte Plutarcho (p). En complementum prædictorum Jer. L, 3. *Aſcendit contra eam*, vrbem Babel, *gens a ſeptentrione; hæc ponet terram ejus in deſolationem: & non erit habitans in ea* vrbe. *Ab homine vſque ad beſtiam ſe dimouerunt, abiuerunt.* Quapropter nullum eſt dubium, quin & reliqua tunc impleta fuerint. Nec dubito, quin Demetrius ille, Antigoni filius, cognomento Poliorcetes, ſit Juuenis contra Babelem mandata accepturus Jer. L, 44 ſeq. nam Demetrius eo tempore erat νέος παντελῶς. *Demetrius ex hybernis vndique euocatis in Gazam veterem militibus hoſtis aduentum praſtolabatur. Amici quidem conſulere, ne cum tanto imperatore*, Ptolemæo, *& exercitu numeroſiore, aciem conferret. Verum ille morem his non gerere, ſed ad diſcrimen confidenter ſeſe preparare: tametſi oppido adhuc adoleſcens, ac ſine*

(p) in Demetrio, Opp. Tom. I. p. 891.

ſine patre tam difficilis prælii certamen ſubiturus eſſet. Vulgus etiam vna voce, vt bono eſſet animo, exclamauit. Nec enim militaris, nec ciuilis, aduerſus illum criminatio habebatur, vt qui recens imperium ſuſceperat. Huc acceſſit, quod patre jam ætate confecto, ſpes regni imperium ſimul et vulgi beneuolentiam in ſucceſſionem illius traducebat. Quid? quod pulchritudine ac ſtatura corporis excelluit, regiisque ornatus armis, majeſtatis & reuerentiæ multum præferebat; qua in ſpes præclaras multitudinem adduxit. Ad hæc manſuetudine nouum regem decente præditus erat, qua cunctos ad beneuolentiam erga ſe allexit. Hæc memoriæ prodidit Diodorus Siculus (q): & Plutarchus (r), *Demetrius*, inquit, *corporis proceritate, quamuis procerus, minor parente fuit: forma vero & faciei venuſtate adeo mira atque excellenti, vt plaſtes vel pictor exprimere nullus imaginem ejus poſſet. Eadem enim venuſtatem & grauitatem, terrorem & hilaritatem habebat, confuſaque erat cum juuenili &*

(q) l. c. p. m. 720 ſeq. (r) l. c. p. 889.

& feroci vultus aſpectu pene inimitabilis heroica quædam ſpecies & majeſtas regia. Perinde mores inerant ei pariter formidabiles hominibus & grati. Tantum juuenem DEVS ad exſtirpandam Babylonem ſuſcitauit. Facile quoque vaſtatio illa Babylonis inde colligitur, quod Seleucus nouam vrbem in vicinia condidit, ſtadiis tantum 300. a Babylone diſſitam, teſte Strabone (s). Idem vero excidium Babylonis veteris, quæ quanta meretrix & impuritatum cloaca fuerit, Curtius (t) haud diſſimulat, typum eſſe vltimi Romæ excidii, ex Apoc. XVIII. apparet.

§. III.

Cæterum non ſine ſingulari Diuina prouidentia factum eſt, vt ab anno deletæ Babylonis noua exurgeret epocha, quæ dicitur Seleucidarum. Cur ei nomen *Aera Contractuum* inditum, forſan ex Chronologia noſtra optime intelligitur, quæ annum pri-

(s) Geograph. Libr. XV. p. m. 508.
(t) Vid. l. c. p. 115.

primum hujus Aeræ incidere docet in primum poſt Sabbathicum (v). Etenim quemuis primum annum, Sabbathico proximum, dictum eſſe annum contractuum vel dominatuum, quod circa illius anni initium pactiones fierent cum colonis, ſervis & mercenariis, ad agriculturam ſexennem denuo neceſſariis, indeque eo anno exortam Seleucidarum epocham Aeræ Contractuum nomen traxiſſe, probabile judico. Notandum tamen eſt, annorum hujus epochæ duplicem eſſe rationem, ita vt Epocha Seleucidarum *Babylonica* diſtinguenda ſit ab *Aſiatica*. Illa incidit in A. M. 4197. quo Seleucus & recuperauit & perdidit Babylonem: hæc in A. M. 4198. duodecimum a morte Alexandri Magni, quo Seleucus, vt ait Euſebius (x), totius Aſiæ diadema ſibi circumdedit.

§. IV.

Vtinam hanc epocham ſuſpicientes Judæi deponerent tandem amorem rerum

(v) 4197 — 2775 = 1422 = (28x50) † (3x7) † 1.
(x) Demonſtrat. Euang. Libr. VIII. Cap. 2. p. m. 393.

Babylonicarum, & ſecum animo voluta-rent, quam malo omine Doctores ipſorum præcipui ſeculo poſt CHRISTVM natum tertio in illam terram ſe contulerint, a qua vt reduceret populum ſuum, tantam DEVS impendit operam! Vtinam recorda-rentur, quam pudendus ſit locus, vnde religionis ipſorum deriuantur principia! Illuſtrantur illa verbis Joh. Buxtorfii (y): *Mortuo Rabbi Jehuda ſancto, qui omnis litera-tura Judaicæ ſolum & vnicum lumen & colu-men erat, animam pene omnes Scholæ in terra Iſraëlis cum ipſo exhalarunt. Nam illico poſt mortem, aut paulo ante mortem ejus, vt alii volunt, duo primarii ejus diſcipuli, Raf & Sa-muel, in Babyloniam migrarunt, vbi ſtudia cœperant longe eſſe cultiora, eoque maximam partem Doctorum & diſcentium, ſecum ex Ju-dæa pertraxerunt, vt teſtantur Chronica ipſo-rum.* Quantam autem DEI iram migratio iſta comitem habuerit, in primis cognoſce-re licet ex Zach. V. Hic doctrina Judæo-rum impia ante excidium Hieroſolymæ re-

præ-

(y) Tiber. Cap. VI. p. m. 22 ſeq.

præſentatur vt volumen volans, & poſt excidium vrbis vt mulier in media Epha ſedens. Quid Volumen volans, ſecundum quod quilibet in terra fur & perjurus erat innocens & ſanctus, niſi Phariſaiſmus in terra Judaica regnans, qui peruerſa Legis Diuinæ interpretatione eo homines perduxit, vt maxima peccata pro rebus innoxiis, imo pro bonis operibus haberent, Matth. V, 20 ſeqq. XV, 5. XXIII, 14. 16 ſeqq? Ille Phariſaiſmus dicitur execratio, vt cauſa execrationis principalis: quemadmodum cauſa principalis κρίσεως dicitur κρίσις Joh. III, 19. Longitudo etiam Voluminis, quæ erat viginti cubitorum, & latitudo cubitorum decem, ſignificare videtur decies viginti, vel ducentos, annos Phariſaiſmi in terra Judaica regnantis. Nam caput extulit Phariſæorum Secta, cum Hyrcanus I. ſummus Hebræorum Sacerdos, Phariſæorum, teſte Joſepho (z), diſcipulus & huic hominum generi in primis charus, maximam conſequeretur potentiam, ideoque illo anno,

(z) Antiqu. Libr. XIII. Cap. 17. p. 453. edit. Jttig.

no, quo Hyrcanus Templum Garizim anno primo Alexandri M. ædificari cœptum (a) deſtruxit, omnesque Idumæos ita ſubjugauit, vt circumciſionem & reliquos ritus Judaicos admitterent, atque ex eo tempore cenſerentur inter Judæos. Cum ergo Templum Garizim ab Hyrcano deſtructum ſit anno 200. poſtquam ædificari cœptum (b), ſequitur, annum hunc eſſe A. M. 4378 (c). Et ab hoc anno, vſque ad excidium Templi Hieroſolymitani, Zach. V, 4. non ſecus ac Matth. XXIII, 38. prædictum, effluxerunt anni 200 (d). Conf. Luc. XIX, 46.

§. V.

Poſt illud vero Templi excidium doctrina Judæorum impia repræſentatur vt mulier in Epham conjecta. Exitus ſcil. Zach. V, 5. 6. denotat ejectionem in exilium;

(a) Joſeph. Libr. XI. Cap. 8. p. 384 ſeq.
(b) Joſeph. Antiqu. Jud. Libr. XIII. Cap. 17. init.
(c) 4178 + 200 = 4378.
(d) 4378 + 200 = 4578.

lium; Epha tempus collectionis ſuperſtitionum *πατροπαραδότων*; plumbum v. 7. 8. difficultates, quibus impietas Judaica preſſa; duæ mulieres Rabbinos illos duos, ſupra a Buxtorfio memoratos, Raf, pleno nomine R. Abba Aricha, & Samuelem, Sacerdotem filium Abbæ, qui Miſchnam congeſſit, diſcipulos primarios Rabbi Judæ ſancti, & Doctorum Gemaricorum principes, de quibus plura commentatus eſt B. Ge. Elieſ. Edzardus (e); החסידה v. 9. R. Judam הקדוש, nam החסיד idem eſt, quod הקדוש; alæ ciconiæ authoritatem maximam, quæ duobus illis Rabbinis, Raf & Samuel, idcirco acceſſit, quod eſſent diſcipuli primarii Rabbi Judæ Sancti. Hi doctrinam impiam Judaicam in Epha & collectione ſua adhuc preſſam fere & obſcuram, ex Palæſtina in Babyloniam abeuntes abduxerunt ad ædificandam illi domum in terra Sinear, ſiue terra Babylonica Gen. XI, 2 ſeqq. Domus iſta, ſ. locus, eſt Talmud Babylo-

(e) Ad Cap. I. Tractatus Talmudici Auoda Sara p. 180 ſeq.

bylonicum, opus conſummatum, cum obſignaretur Gemara Babylonica, quod anno 811. Aeræ Contractuum factum eſſe teſtatur Gedalja (f). Annus autem 811. Aeræ Contractuum eſt A. M. 5009. & annus 432. poſt infeſtatam a Tito Veſpaſiano Hieroſolymam (g). Itaque ab obſidione Hieroſolymæ vſque ad Gemaram obſignatam tot anni elapſi ſunt, quot Epha habet partes minores. Nam Epha continet oua 432 (h). Et ſic quidem doctrina Judæorum impia, poſtquam in Epha ſua per annos 432. incertis ſedibus vagata erat, tandem firmata eſt & relicta ſuper ſede ſua in terra Babylonica, Zach. V, 9. 10. 11.

(f) Hujus verba in Schalchelet Hakkabbala exhibet S. V. Wolfius Biblioth. Hebr. P. II. Libr. IV. p. 686.

(g) 4198 + 811 = 4577 + 432 = 5009.

(h) Vid. Hadr. Relandi Antiqu. Hebr. P. III. Cap. 7. p. 368.

CAPVT

CAPVT XV.

De Chronologia Judicum Paulina, Actor. XIII, 20.

Summaria.

Captiuitate Jud. XVIII, 30. ac Pſalm. LXXVIII, 61. ſignificari Seruitutem ſub Cuſane Riſathaim; & quam monſtroſæ ſint Annotatoris opiniones de translatione Abrahami atque ætate vxorem ducentis Judæ, §. 1. Ejusdem Annotatoris in morte Jacobi exaltationem filiorum, vt 1. Reg. XVIII, 5. in hyeme prope fluuios gramen viride quærentis nugæ & næniæ §. 2. Nec Moſen, nec Joſuam, nec Reges tempore Seruitutum Iſraëlitis imperantes, Act. XIII. Judicum nomine comprehendi §. 3. Vnde Apoſtolus annos 450. Judicum numerauerit, & cur maximam tantum partem annorum voluerit exprimere? §. 4. Electio & exaltatio Iſraëlitarum tempori exitus ex Aegypto clariſſimis Scripturæ S. dictis vindicata, at impetita plerumque hoſtium Scripturæ S. armis, §. 5. Judicium de Codicibus lectioni conſuetæ Act. XIII, 20. oppoſitis §. 6. Celeberr. VVokenii opera in excluſis a Scriptura S. Enallagis laudata, ſed verbis Exod. XII, 40. intentata vis improbata; denegatus quoque Ellipſibus obſcurantibus in Scriptura S. locus, & inepta loci Act. XIII, 20. cum Marc. IV, 31. comparatio, §. 7. Annorum defectionis, qui annis Judicum intermiſſi, fundamenta §. 8. Othoniel in numero Seniorum non habendus, Jephthæ Chronologia, contumelioſe de Simſone dicta ejusque fides §. 9. Scriptura S. Prolepſium cuniculis oppugnata. Cur anni 20. Simſo-

Simſonis bis traditi? Bellum Philiſtæorum ſecundum Annotatorem familiam Eli ſaginans, §. 10.

§. I.

Sed reuertimur ad Annotatorem, ideo quod in Annotationibus ipſius reſtant alia haud pauca, quibus is ſua fucare, noſtra infuſcare conatus eſt. Nemo tamen reſponſionem a nobis poſtulabit, vbi Annotator ſolo ſuo ſine ratione diſſenſu Lectores jubet eſſe contentos, cujus rei ſingulare eſt exemplum, quod ſequitur. Quippe loco Jud. XIIX, 30. 31. euictum dedimus, a morte Joſuæ vſque ad Seruitutem primam annos longe plurimos elapſos eſſe. Probauimus etiam loco Pſalm. LXXVIII, 60. 61. ob præcedentem v. 58. 59. ad tempora Eli, (quibus cultus Baaliticus vel in Excelſis iram DEI non tam accendit, quam Jud. III, 7. 8.) non applicando, captiuitatem terræ

terræ ſignificare Seruitutem primam: quemadmodum nec vllo modo excogitari poteſt, quid ſcriptor Libri Judicum ſimpliciter & ſine addito diſcrimine Captiuitatem vocauerit, niſi explicatio illa admittatur. Quid autem ad hæc Annotator reſpondet? En tota reſponſio hiſce conſtat verbis (i): *Explicationem quam ſubjicit loci Judic. XIIX, 30. 31. non amplector, IDCIRCO quæ de ſacerdotio Jonathanis & filiorum monet, omni heic carent robore.* Scilicet, quicquid H. non amplectitur, id omni caret robore. O indeclinabilem authoritatem! Αὐτὸς ἔφα. Obiter quoque reſpondemus tantum ad ea, quæ Annotator de translatione Abrahami & ætate vxorem ducentis Judæ obiter commemorauit. Placet ipſi ſententia, Abrahamum exiuiſſe Charane, viuo parente, ac migraſſe per ſexaginta annos, & patre mortuo demum ad quietem eſſe poſitum in terra Canaan (k). At exiit Abraham Charane

Q natus

(i) Annot. p. 20.
(k) Ann. p. 2.

natus annos 75. Gen. XII, 4. Ergo ad quietem in terra Canaan peruenit demum anno ætatis 135. (l) qui anno ætatis 86. jam decem annos habitauerat in terra Canaan, Gen. XVI, 3. 16. Ergo tam negligens in patrem fuit pius Patriarcha, tam negligens in patrem haud paruo terræ Canaan deſiderio flagrantem, Gen. XI, 31. in patrem, cujus DEVS DEVS Abrahami, XXXI, 53. vt non ſolum ipſe eum in ærumnoſa ſenectute deſereret, ſed & ab eo alienaret Lothum, Gen. XII, 5. Ergo mors patris fuit cauſa ſine qua non quietis in terra Canaan. Ergo vox κἀκεῖθεν Act. VII, 4. fruſtra vocibus χαῤῥὰν & μετῴκισεν interpoſita. Hujusmodi ſententias amat Annotator: quare etiam, ipſo judice (m), a fide neutiquam abhorret, Judam ſuſcepiſſe Schelam, filium tertio genitum, diuturno tempore poſt ſecundo geniti pubertatem elapſo demum puberem atque adoleſcentem, Gen. XXXVIII, 11. 12.

(l) 75 + 60 = 135.
(m) Ann. p. 4.

12. 14. anno ætatis decimo octauo; licet hujus enunciati, collatis Gen. XXXVII, 2. XXXVIII, 1. 2. conſequens ſit, Judam natum eſſe multo ante Joſephum. Sed miſſis his accedamus ad illa, quæ perniciosiorem ſophiſmatum & phantaſmatum colluuiem continent, & eo in primis tendunt, vt quæ Scriptura S. de tempore Judicum, de annis Samuelis, de ſignis in lucem edendi Immanuelis, & de diebus typicis Ezechielis docet, turbentur ac peruertantur.

§. II.

Quod ad tempus Judicum attinet, Annotatorem nondum pudet annos 450. Act. XIII, 20. a morte Jacobi vſque ad alterum ante mortem Moſis annum numeraſſe. Ante omnia ſcilicet, Paulum populi exaltatione ſummum dignitatis filiorum Jacobi denotare gradum, & Joſepho cum fratribus nomen *populi* tribuere, ſine vlla probatione vult credi. Tum vero pro argumento demonſtrationi proximo vult ha-

 beri,

beri, populum illum ideo tempore mortis Jacobi ſummum dignitatis gradum conſecutum eſſe, quia ſterilitatis tempore demum elapſo Joſephi in rempublicam merita juſto potuerint pretio æſtimari (n). At ſterilitatis tempus anno ætatis Jacobi 135. & ſic decimo tertio ante mortem Jacobi anno jam præterierat, Gen. XLV, 11. XLVII, 28. Cur igitur annos Apoſtoli 450. non numerat Annotator a decimo tertio ante mortem Jacobi anno, anno, quo quilibet merita Joſephi memoria omnium recentiſſima tenuit? Interim Joſephus jam ante ſterilitatis tempus ad eum dignitatis gradum euectus eſt, ſuper quem non potuit aſcendi. Nam Pharao illi eam poteſtatem in omnem Aegyptum permiſit, vt ipſe ſolio tantum eſſet ſuperior, & nemo in tota Aegypto digitum contra Joſephi voluntatem proferret, Gen. XLI, 40 ſeqq. Quid hisce honoribus addi potuit? Num Joſephus poſtea Rex factus, aut vt Deus adoratus eſt? Num poſt mortem Jacobi fratres ſuos con-

(n) Ann. p. 15. 16.

conſtituit Aegyptiorum Principes? *Vos*, inquit, *veſtrasque familias alam*, Gen. L, 21. non, vos ad ſummam dignitatem perducam. Ipſe tamen Joſephus non ſolum vſque ad finem vitæ dignitatem ſuàm retinuit, ſed etiam meritis ſuis effecit, vt Iſraëlitæ longo adhuc tempore poſt ipſius mortem Aegyptiis cari ac grati eſſent. Nam quod dicitur Exod. I, 8. *Tum*, cum Iſraëlitæ tanto jam numero aucti, propagati & corroborati, vt eis regio compleretur, *extitit Rex NOVVS in Aegypto, qui non novit Joſephum*, id non de ſucceſſore illius Regis proximo accipiendum eſt, ſub quo Joſephus floruit, ſed de Rege alius familiæ ac Dynaſtiæ, qui poſt 130. annos demum rerum potitus eſt, Rege ſcil. primo illius Dynaſtiæ, quæ Manethoni & Julio Africano eſt decima ſexta. Vana igitur ſunt, quæ Annotator de mox poſt mortem obliterata Joſephi memoria ſcribit: etſi ſæpiſſime fieri videmus, vt qui in ſumma dignitate moriuntur, vel intra triduum in obliuionem veniant mortalium. Vanitate tamen omnia ſuperat commentum de annis Apoſtoli

450. a morte Jacobi numerandis. Qualis quæſo hæc fuit exaltatio? Et qualis hanc exaltationem anteceſſit electio? Aut quibus argumentis probat Annotator, voce ταῦτα Act. XIII, 20. contineri quidem exaltationem populi, non autem antecedentem Patrum electionem? At quid miramur, in morte Jacobi electionem & exaltationem filiorum quærere, qui Obadiam tempore ſiccitatis 1. Reg. XVIII, 5. etiam in media hyeme prope fontes & fluuios gramen viride, nam tale voce חציר ſemper ſignificatur, ad toleranda jumenta quærere potuiſſe, (o) perſuaſum habet?

§. III.

Non minoribus abſurdis laborat alter temporis terminus, ad quem annos Apoſtoli 450. numerat Annotator. Ille enim ipſi eſt alter ante mortem Moſis annus, quem ſimul pro primo Joſuæ habet, non recogitans, quod Joſua demum poſt mortem Aaronis, Num. XXVII, 13 ſeqq. qui non

(o) Ann. p. 10.

non ſecus ac Moſes anno quadrageſimo poſt exitum ex Aegypto diem obiit ſupremum, Num. XXXIII, 38. Deut. I, 3. ſucceſſor Moſis declaratus eſt. Annos ſynecdochicos hic Annotator prætexere nequit: nam cum ingreſſus in terram Canaan æque ac exitus ex Aegypto menſe Niſan factus ſit, Deut. I, 3. XXXIV, 8. Joſ. V, 10. nemini non patet, annos 40. itineris Iſraëlitarum eſſe annos completos. Quamobrem, ſi exitus, vt Annotator ſtatuit, incidiſſet in menſem Niſan anni Mundi 2728. finis quadraginta annorum incidiſſet in menſem Niſan A. M. 2768. Idem annus quadrageſimus fuit pars centeſimi & viceſimi anni ætatis Moſis, nam mortuus eſt anno ætatis 120. labente, Deut. XXXIV, 7. Ex quo efficitur, annum ætatis Moſis octogeſimum, quo Pharaonem conuenit, Exod. VII, 7. non niſi illius anni eſſe partem, qui annum exitus quam proxime præceſſit, ideoque falli Annotatorem, cum tredecim menſes aut plus iis a Moſis ad Pharaonem legatione vſque ad exitum effluxiſſe opina-

tur (p). Quomodo autem Moſes quadrat ad Judices, poſt ſublatas in Cananæa terra ſeptem gentes datos? Nonne ita Annotator verbis Apoſtoli abſurdum hunc affingit ſenſum: Poſt populi exaltationem, exitum ex Aegypto, iter in deſerto, exſtirpationem ſeptem gentium ex terra Canaan, terræque eorum occupationem, vt intra 450. annos facta, DEVS dedit Judices, in iisque Moſen ante exſtirpationem illam ſeptem gentium mortuum? Moſen & Joſuam judicaſſe populum libenter fatemur: at in Scriptura S. illos vnquam aut Judices vocari aut Judicum nomine comprehendi, id plane negamus. Falſum etiam eſt, me perhibere, quod Paulus eos Reges, qui Iſraëlitas in ſeruitutem ſubinde redegerunt, ſimul Judices populi nominarit. Poſt deletas ſeptem gentes, earundemque terras in poſſeſſione quieta conceſſas, vſque ad Samuelem per annos plus 450. DEVS dedit Judices: non quod continuo & ſine vlla intermiſſione dedit, ſed quod hoc temporis

(p) Ann. p. 19.

poris ſpacio illos dedit frequenter, nec alios populo ſuo tunc proprie dedit imperantes, niſi Judices benigne excitatos. Quemadmodum 2. Reg. XXIII, 22. tempus Judicum & Regum, interualla a Judicibus & Regibus vacua ſimul complectitur, & CHRISTVS ex morte ſuſcitatus Apoſtólis per quadraginta dies apparuit, Act. I, 3. non quia ſingulis diebus illis apparuit, Joh. XX, 26. ſed quia hoc dierum ſpacio, quod primo & vltimo die, quo apparuit, terminatur, illis apparuit frequenter. Conferantur quoque 1. Reg. VII, 1. Deut. VIII, 2. Joh. II, 20. Hebr. III, 17. vbi alia exempla latiorum ejusmodi notationum temporis occurrunt.

§. IV.

Annotator quidem ipſe, de termino, ad quem annos 450. pertingere putat, ſe tam incertum eſſe fatetur, quam veriſimile judicat, verba *μετὰ ταῦτα* non omne, annos inter 450. & Judices, excludere temporis interuallum, ideo quod Paulus non dixerit, finitis his annis 450. *ſequenti ſtatim*

Judices datos eſſe (q). Sed ſi ad annos contiguos indicandos interpoſitio vocum, *ſequenti ſtatim*, tam neceſſaria eſt, multæ inutiles reddentur notationes temporum. Et cur Annotator arbitratur, Paulum annos ab exaltatione populi vſque ad Judices accurate noluiſſe exprimere? Nos defendimus, Apoſtolum annos illos 450. numerare a κληροδοσία, quatenus hæc ſimul complectitur conſeruationem datorum, eorundemque quietam poſſeſſionem vſque ad captiuitatem terræ, i. e. ſeruitutem primam. Annorum autem a ſeruitute prima vſque ad Samuelem elapſorum ideo maximam tantum partem Apoſtolum exprimere, & Particula ὡς, qua Annotator vocem ταῦτα explicari opinatur, annos reliquos ſupplere ſtatuimus, vt annos Libri Judicum ſibi accurate cognitos eſſe teſtetur, & Diuinam hujus Libri Authoritatem confirmet. Proferat etiam Annotator tales

(q) Ann. p. 17. 18.

les ſententiæ ſuæ rationes. Talibus autem deſtitutus non alium verbis Apoſtoli tribuit ſenſum, quam hunc: Poſt exaltationem, neſcio quam, populi, neſcio cujus, elapſis annis 450. neſcio quibus, dedit Judices, neſcio quos.

§. V.

Apoſtolus Actor. XIII, 17. per patres Iſraelis præſentis non alios intelligit Patres, ac quos hoc nomine vocat 1. Cor. X, 1. non ſecus ac Judæi, quin ipſe CHRISTVS, Joh. VI, 31. 49. 58. populum ſcil. Iſraëliticum ex Aegypto eductum, hosque mox appellat populum ob factam electionem. *DEVS*, inquit, *populi hujus Iſraëlitici elegit Patres noſtros, & vt populum* jam *ſuum*, vt electos ſuos, *exaltauit in commoratione in Aegypto.* DEVM quoque elegiſſe pariter & exaltaſſe populum Iſraëliticum præcipue circa tempus exitus ex Aegypto, locis Ezech. XX, 5 ſeqq. Exod. V, 1. VI, 3. 6. 7. XI, 2. 3. 8. tam luculenter & potenter euicimus (r), vt Annotator non auſus ſit con-

(r) Defenſ. p. 15 ſeq.

contradicere. Et quæ major poteſt eſſe exaltatio, quam vbi populus ſumma vi oppreſſus ex ſeruitute viliſſima ad illum ſubito aſcendit honorem, vt oppreſſores omnes ad ipſum deſcendant & ſe ei incuruent? Hanc vero exaltationem, quamuis veriſſimam, manifeſtam, ſummam, & ſcopo Apoſtoli pariter ac cæteris ipſius verbis longe convenientiſſimam, Paulum non innuere, ſed ejus loco tempora populi ab exaltatione quadam incognita & nusquam in Sacris Literis commemorata numerare, Annotator putat, & vt id perſuadeat orbi, ſumma miſcet imis, ac contra verborum Apoſtoli Act. XIII, 20. ſenſum natiuum pleraque hoſtium Scripturæ S. ſumit ac mouet arma, lectionem vnius aut alterius codicis deprauatam, diſcrepantiam quarundam translationum, Enallagen Caſus, Ellipſes obſcurantes & inuſitatas, ſignificationes vocum contortas. Ludouicus Cappellus ſcripſit (s): *Vel mendum eſt in illo numero* 480. *annorum, qui eſt* 1. *Reg. VI*, 1. *vel mendum eſt in loco Act. Apoſt. XIII*, 20. Sed quam lectionem ſolicitare non auſus

(s) Chronol. S. p. 153.

auſus eſt Cappellus, ad illam oppugnandam Annotator adhiberi poſſe autumat Codicem Alexandrinum, Varias Lectiones Rob. Stephani, Codicem Pariſienſem Bezæ, MSc. citatum Vſſerio, Verſionem, quam Syriacæ præfert, Vulgatam (t). Itaque longe aliter ſentit, ac Summe Ven. hodie Lubecenſium Antiſtes, D. Joh. Gottlob Carpzouius, cujus hæc ſunt verba, cedro digna (v): *Vbi verſiones pro genuina & in codicibus noſtris obuia ſtant lectione, teſtium locum ſuſtinebunt, illamque ſuo contra aduerſariorum calumnias munient ſuffragio; aſt vbi ab illa deflectunt, tantæ auctoritatis non ſunt, vt actionem contra textus ſuſtineant integritatem*; non ſecus ac mox ſequentia: *Ex vno Critici ingenio profecta lectionis variatio, conſenſu MSS. vel paucorum, vel nullius prorſus ſuffulta, explodenda merito ac repudianda eſt, quanta demum cunque ſe ſpecie commendet.* Hæc non in mentem venerunt Annotatori, nec

(t) Ann. p. 12 ſeq.
(v) Præfationis Commentationi D. Juſt. Weſſ. Rumpæi Criticæ ad Libros N. T. præmiſſæ p. 17.

nec is ſubſcribere voluit verbis Viri longe Celeberrimi, Joh. Chriſtoph. Wolfii (x): *Abſit, vt hic cum Grotio ob MSS. pauca ordinem verborum mutemus.*

§. VI.

Verum vt antecedentium legitima interpretatio vna cum tot Codicum conſenſu lectionem conſuetam ſatis tuetur: ita etiam facile oſtendi poteſt, quam parum Codices oppoſiti impediant, quo minus conſenſus ille pro abſolute vniuerſali habeatur. Beza ait (y), ſe receptam ſcripturam in Græcis codicibus omnibus ſuis, vnico tantum excepto, comperire. Sed quem excipit, non eſt niſi codex Græcus, Pariſiis editus, de quo poſtmodum dicit, quod ex Latina Verſione deprauatus ſit, & *contra ceterorum fidem* habeat πεντήκοντα, καὶ μετὰ ταῦτα. Codex hic vel non fuit perantiquus, vel dudum interiit. Nam neque Millio, neque Kuſtero, neque Jacobo le Long antiqui-

(x) Cur. Philolog. & Crit. p. 1190.
(y) Annot. in N. T. edit. 1582. p. 463 ſeq. & 1598. p. 512 ſeq.

quior nota fuit Noui Teſtamenti Græci editio Pariſina, quam *Simonis Colinæi* (z), quæ etiam pars eſt Bibliothecæ meæ, & locum exhibet intemeratum. Ignorant quoque Viri prædicti exemplar manu ſcriptum Oxonienſe, cujus mentionem fecit Vſſerius (a), niſi idem hoc eſt exemplar, vt quidem ex variis indiciis haud male colligere mihi videor, quod Millio codex Petavii tertius, cujus mirificam cum Euthaliano concordantiam mirabatur Millius (b). Diſcrepantia igitur illius in noſtro loco a codice Euthaliano quid prodit, niſi ſuppoſitionem? Quemadmodum ipſe Vſſerius fatetur, dari codices, quos ad textum Latinum & hic & alibi paſſim de induſtria fuiſ-

(z) Titulus codicis non ſolum chartæ & typi elegantia ſed & a mendis typographicis libertate præſtantiſſimi hic eſt: ἡ Καινὴ Διαθήκη. Ἐν λευκετίᾳ τῶν παρησίων, παρὰ Σίμωνι τῷ Κολιναίῳ, δεκεμβρίου μηνὸς δευτέρᾳ φθίνοντος, ἔτει ἀπὸ τῆς θεογονίας α. φ. λ. δ. (in 8.)

(a) Chronol. S. Cap. XIII. p. 67, b.

(b) N. T. Prolegom. Sect. 1450. 1455.

fuiſſe conformatos magna ſit ſuſpicio (c). Hoc pacto ex Latina Vulgata, deprauata quoque eſt Verſio Coptica: quam injuriam etiam Nouo Teſtamento Armeno a Pontificiis illatam eſſe, infra probabimus. Atque ex ejusmodi fontibus ſine dubio lectionem ſuam hauſit Robertus Stephanus. Solus ergo reſtat *Codex Alexandrinus*. At quid de eo teſtatur Millius? *Scholia*, inquit (d), *in textum introducta, transpoſitiones verborum: nam & ipſorum ſæpe ordinem mutare jam olim auſus eſt ſtudioſus quispiam, claritatis gratia.* En hinc illæ lacrymæ, hinc deprauationes ipſius Vulgatæ, hinc maxima pars Variarum Lectionum.

§. VII.

Poſt Varias Lectiones Annotator ſe confert ad Ellipſes & Enallagas. *Enallagen*, inquit, *in Græcis, quin ſacris etiam libris obuiam eſſe, omni caret dubio.* Sed quam hæc vera ſint atque indubitata, ediſſeret Vir Celeberr.

L.

(c) l. c.
(d) Sect. 1341.

L. Franciſcus Wokenius, qui laudabilem prorſus & felicem poſuit operam in Enallagis (e) ab vtroque Bibliorum fonte remouendis, & hoc conſilio duos euulgauit libellos, *Textum V. T. originalem Ebraum ab Enallagis liberatum* (f), & *Enallagas e N. T. Graci Textus locis ad ſimplicitatem S. Scriptura & DEO dignam conſeruandam exterminatas* (g). Doleo tamen, Virum Doctiſſ. qui hic ſimplicitatem illam tam egregie tuetur, ipſi in Moſe Harmonico ad Exod. XII, 4.

R tan-

(e) *Ils appellent* Enallage, *tout le changement qu' ils croyent arriver dans le diſcours, & dont il n' y a ce leur ſemble aucun fondement ny aucune raiſon, comme d' vn Mode pour vn autre Mode, d' vn temps pour vn autre temps, d' vn genre pour vn autre genre, &c. Et ils appellent particulierement* Antiptôſe *le changement qui ſe fait d' vn Cas pour vn autre. Mais qui ne voit que ſi ces changemens étoient ainſi arbitraires & ſans raiſon, toutes les regles deviendroient en même temps inutiles, ou qu' au moins on n' auroit jamais droit de reprendre vne perſonne de faute en quoy que ce fût? C' eſt pourquoy cette Figure eſt bien la choſe la plus impertinente qui ſe puiſſe imaginer, dit Sanctius.* Ecce ita de Enallagis generatim judicat Author de la Nouuelle Methode pour apprendre facilement la langue Latine, Pariſ. 1681. p. 562.

(f) Lipſ. & Wittenb. 1726. (g) Wittenb. 1730.

tantam aſpergere labem: vbi, poſthabitis Accentibus, voci מושב, quam Relatiuum אשר, per *quòd* vel *cum* vel *quomodo* reddendum, ſatis clare determinat, Scripturæ S. prorſus incognitum & pene abſurdum ſignificatum tribuit; in verbis בני ישראל, quos Tiphcha Gen. XLVI, 8. ope vocis בני ex prioribus repetendæ, in בני יעקב & בני בניו dispertitur, patrem filiis contineri docet; & alterum ditionis Athnachi hemiſtichium vt additamentum prorſus inutile repræſentat. In eodem hæſitat luto, qui in Bibliotheca ſelecta Theol. (h) Viri Celeberr. cogitata emendare conatus eſt. Quam ærumnoſo & precario calculo hic vtrique opus eſt ad tollendam Scripturæ S. ſimplicitatem? Et quid reſpondetur ad tot alia argumenta in hac temporis parte diſſentientibus a me oppoſita? Certum eſt, ejusmodi diſſimulationes plus ad opprimendam veritatem facere quam ad proferendam & ſeruandam. Interim in citatis ſupra libellis

(h) P. 49. p. 59 ſeqq.

bellis (i) Annotator legat, quid de Enallagis ſenſerint Kœnigii, Weidneri, Lœſcheri, Varenii. Legat atque in ſuccum & ſanguinem vertat verba B. D. Fechtii: *Quid opus eſt, ad figuras confugere, vbi litera locum habet?* Hic quoque euictum deprehendet, in Apoc. I, 5. 6. non adeſſe Enallagas, ſed Ellipſes Relatiui Hebræis tam familiares, quod & illum docere poteſt Doctiſſimus Schœttgenius (k). Ellipſes vtique in Scriptura S. admittimus, ſed ornantes, ſed emphaticas, ſed vſitatas, ſed manifeſtas: non obſcurantes, inauditas, temerarias. Ita Luc. IX, 28. ſenſus cuiuis patet, etſi ſubeſt Ellipſis τῦ ὅτι, etiam occurrens 1. Reg. XIX, 19. ſicut Hebræi Particulam כ vt notam temporis ſæpius omittunt (l). Ita Matth. I, 11. ipſa connexio cum commate ſequenti Ellipſin Relatiui prodit. At vocem γινόμενα poſt Præpoſitionem, vt

 Par-

(i) de Enall. V. T. p. 2 ſeqq. & de Enall. N. T. p. 133 ſeqq.
(k) Addit. ad Lamberti Bos Ellipſes Græcas p. 147 ſeqq.
(l) Vid. Nold. Concord. p. 408 ſeq.

Participium Pronomini adhærens, ante Caſum ſuum, & quidem prout quæ acciderunt ſignificat, ſuppreſſam vnquam eſſe, ex nullo adhuc exemplo cognitum habeo. Nec hic Annotatorem juuat authoritas Glaſſii aliorumque, quos deſperatio de meliori locorum Act. XIII, 20. & 1. Reg. VI, 1. conciliatione ad illam literæ deſertionem, cujus loco ſatius certe fuiſſet ſententiam ſuſpendere, adegit. Si autem ἔτεσι 450. non effertur temporis duratio, quid tandem illis deſignabitur? Quid Joh. II, 20? Quid 1. Reg. VII, 1? Nonne & Galenus, παραμένει, inquit, χρόνῳ πλείονι (m)? De induſtria Paulus Act. XIII, 20. vitauit Accuſatiuum ἔτη, vt ne interpretatio illa oriretur, quæ nihilominus tandem nonnullis placuit. Et quid ineptius fieri poteſt, quam ταῦτα ὡς ἔτεσι 450. explicare verbis, *hæc ſimilia annis* 450: quemadmodum Marc. IV, 31. dicitur ὁμοιώσομεν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ κόκκῳ, qui eſt ὡς κόκκος σινάπεως? Mon-

(m) Libr. 2. ad Glauc.

Monſtrentur ergo tertia comparationis inter annos 450. & exaltationem populi ac reliqua, vt inter Regnum DEI & granum ſinapi. Non difficile eſt ſane multas peruerſas interpretationes comminiſci: attamen illarum varietate nihil contra ſimplicitatem literæ proficitur.

§. VIII.

Itaque tam certum eſt, quam quod certiſſimum, Annotatorem hic aduerſus ſolem loqui & contra ſtimulum calcitrare. Certum quoque eſt, annos defectionis poſt Judices non gratis a nobis ſumi, etſi Annotator illos gratis ſumi perhibet. Nituntur clariſſimo & ſanctiſſimo Scripturæ S. teſtimonio Judic. II, 19. Nituntur tot defectionum exemplis, quæ Spiritus S. annis Judicum & ſeruitutum interſerit. Nituntur μακροθυμία Diuina. Nituntur ſignificatu Particulæ ὡς, Act. XIII, 20. Nituntur locis 1. Reg. VI, 1. Deut. I, 46. 1. Sam. XIII, 1. Jeſ. VII, 8. XXIX, 1. XXXII, 10. &c. Nituntur tot monumentorum antiquitatis conſenſu. Diſtributionem autem annorum illo-

rum ſingularem, vel definitionem annorum vniuscujusque defectionis a nobis factam, conjecturis contineri, nunquam negauimus. Speramus tamen fore, vt DEVS etiam in his certiora aliquando largiatur. Et quid, ſi expectationi noſtræ jam quodammodo reſpondeat ſequenti Capite exhibitum ſpecimen Chronologiæ Judicum ita redintegratæ, vt nullus annus ſit expers probationis?

§. IX.

Non omnia æquali gaudent robore, quæ ad firmandam annorum defectionis diſtributionem ibi in medium proferemus: attamen nec omnia nihili facienda eſſe arbitramur. Quid autem attulit Annotator, vnde colligi poſſit, Othonielem terram ingreſſum eſſe? In locis certe illis, ex quibus id conſtare ait (n), altum ea de re eſt ſilentium. Nec vllo modo in Seniorum numero haberi poteſt, qui non ſecus ac reliqui Judices poſt Seniorum tempora vt ſer-

(n) Ann. p. 10.

by Google

ſeruator Iſraëlis dicitur a DEO ſuſcitatus, Jud. II, 10. 16. III, 9. 15. Judices ipſos Annotator non ex eorum virtute pendet: id quod parum honorifica de Jephtha & Simſone judicia indicant. Jephtham putat (o) in maxime ſeria & deliberata cum hoſtibus de Jure Iſraëlitarum in terras trans Jordanem diſceptatione maluiſſe prouocare ad numerum annorum poſſeſſionis falſum vel minus accuratum, quam ad verum & accuratum, ſibi optime cognitum. Scilicet non conſultum eſt, vt Princeps in ejusmodi negotiis accurati annorum calculi rationem habeat, ne hoſtem Chronologiam docere velle videatur. Simſonem autem, cujus educationem præſcripſit ipſe DEI Filius, tam male educatum, tam impolitum, tam rudem in rebus Principis ſcientia dignis fuiſſe ſtatuit Annotator, vt ad Judicum ante eum ſuſcitatorum partes agendas inhabilis fuerit, & per annos viginti, qui Judicatui ipſius tribuuntur, extra ordinem tantum ob corporis dotes ad

(o) p. 24 ſeq.

adminiſtrationem reipublicæ aſcitus ſit, Sacerdote Eli ordinarii Judicis munus tenente. Quid neceſſe eſt abſona ejusmodi commenta refellere? Quid neceſſe, ad veteratoriam vocabulorum infirmationem, ad Legum forenſium humanarum cum Diuinis confuſionem reſpondere? Quorumcunque officium Scriptura S. in eadem hiſtoria, nulla addita differentiæ nota, iisdem deſignat vocibus, illi eadem ratione officium feciſſe exiſtimandi ſunt. Et quicunque populi ſancti tempore Veteris Teſtamenti Principes Verbi Diuini notitia & Legum forenſium Verbo hoc complexarum peritia adeo caruerunt, vt litigantium cauſas ad Verbum illud & Leges Diuinas forenſes non potuerint exigere, illi alios ſalutiferæ in CHRISTVM fidei gradu non ſuperarunt. Non ignoramus, fuiſſe, qui fide miraculorum effectrice præditi, ſalutifera fide deſtituerentur: ſed nec credimus, Paulum Hebr. XI. aliam ac fidem ſalutiferam intelligere, aut miraculorum ibi enarratorum aliam præter hanc fidem agnoſcere cauſam prin-

principalem. Fiducia ſalutaris a ſperandis non abſolute excludit miracula, etiam vbi nullæ eorum promiſſiones ſingulares extant: quæ vero licet adfuerint, fides tamen, quo miracula proxime a Fidelibus fiunt, omnino inter fructus fidei ſalutiferæ referenda.

§. X.

Hæc vim dictis Spiritus S. de Judicatu Simſonis factam & contumeliam ſancto huic Viro aſperſam facile propulſant. Quis autem me ab accuſatione Annotatoris (p) defendet, quod ipſe doceam Jud. XIII, 1. mentionem oppreſſionis *προληπτικῶς* fieri? Nuſquam tamen docui, Prolepſin hic habere locum: nec vnquam audiui, verba, quibus ſequentia maximam partem continentur, eſſe proleptica. Nunquam audiui, eſſeProlepſin, cum temporis periodus primum notatur, & deinde narrantur quæ tempore illo labente acciderunt præ aliis memorabilia. Quot Prolepſes hac ratione Libros Regum & Chro-

(p) p. 28.

Chronicorum inquinabunt, vbi toties Hiſtoria Regis præfigitur numero annorum regiminis? Veri nominis vtique eſt Prolepſis, quam Annotator hic ſtatuit, nam ſecundum ipſius Chronologiam verba Jud. XIII, 1. prorſus alieno hic leguntur loco, & poſt Jud. XIII, 24. ſequi demum debuiſſent. Sed ejusmodi Prolepſes amatores & cultores Verbi Diuini omnes ſinceri ſerio deteſtabuntur. Tantum quoque abeſt, vt Liber Judicum vel minimam de hac Prolepſi afferat ſuſpicionem, vt ei vbique adverſetur. Inter alia cuiuis patet, Filium DEI Jud. XIII, 5. de oppreſſione Philiſtæorum loqui vt re, non futura ac incognita, ſed cognita ac præſenti. Et verba Jud. XV, 20. jure optimo ita vertuntur: *Et judicauit Iſraëlem* (q) *poſt dies Philiſtæorum viginti annos.* Nam ideo hanc temporis notationem bis tradidit Spiritus Sanctus, vt Jud. XV, 20. initium annorum Simſonis monſtraret, & Jud. XVI, 31. doceret, præ-

(q) Conf. Nold. Concord. Partic. ad Partic. ב, n. 20. 21. p. 157 ſeq.

præter illos annos viginti poſt oppreſſionem Philiſtæam quadragenariam, non fuiſſe alios Judicatus Simſonis annos tempore oppreſſionis illius. Accedit, quod quæ Annotator ad Jud. II, 18. (nam locum 2. Sam. VII, 11. plane prætermittit,) reſpondet (r), ad meram recidunt petitionem principii. Denique circa 1. Sam. II, 29. iterum in ſententiam prolabitur, cujus nemo poſtulabit refutationem. Putat enim, bellum Philiſtæorum & oppreſſionem ſaginaſſe Sacerdotes populi Iſraelitici, & ſic ipſum quoque populum.

(r) p. 30.

CAPVT

CAPVT XVI.

De redintegranda Chronologia Judicum, repræſentans Canonem Annorum Judicum perfectiorem.

A. M.

2776 Annus quadrageſimus poſt exitum ex Aegypto ſtricte ſic dictum, Exod. XVI, 35. Deut. VIII, 2. 4. Pſalm. XCV, 10. Amoſ. II, 10.

2736 † 40 = 2776.

Annus 660. poſt natum Iſaacum, teſte Theophilo ad Autol. Libr. 3. p. 389. Vid. Chron. n. S. p. 32.

2116 † 660 = 2776.

Annus 545. ante primum Eli, ſecundum Julium Africanum. Vid. Defenſ. n. p. 128. 144.

3321 — 545 = 2776.

Annus 38. poſt aduentum Iſraëlitarum in Kades Barnea, Deut. I, 46. II,

A. M. II, 14. Vid. Defenſ. n. p. 117 ſeqq.
2738 † 38 = 2776.

Vltimus annorum 400. Gen. XV, 13. 16.
2376 † 400 = 2776.

Annus primus meſſium: omnis enim meſſium hujus anni in terris Sichonis & Ogi prouentus in Iſraëlitarum poteſtatem venit, Num. XXI, 22. 24. 35. Deut. II, 35. Conf. Ruth. II, 16.

Menſe Niſan moritur Mirjam, & Moſes iterum, ſed dubitanter, aquam producit ex petra, Num. XX, 1. 2.

Die 1. menſis Ab moritur Aaron, labente anno ætatis 123. Num. XXXIII, 38. 39. quapropter vniverſus populus 30. dies in luctu, Num. XX, 29.
2653 † 83 † 40 = 2776.

2777 Annus 1125. ante Captiuitatem Babylonicam, ſecundum Samaritanos. Vid. Defenſ. reſtit. antiq. p. 138.
3902 — 1125 = 2777.

Die

A. M. Die 1. menſis Schebhat Moſes loquitur verba Deuteronomii, Deut. I, 3.

Eodem menſe Moſes moritur, labente anno ætatis 120. Deut. XXXIV, 7. Act. VII, 3.

2657 + 80 + 40 = 2777.

Die 1. menſis Niſan incipit annus primus Epochæ exitus conſummati ex Aegypto, ſ. ingreſſus in terram Canaan.

2782 Annus primus Sabbathicus.

2775 + 7 = 2782.

2783 Diſtributio terræ Canaan, Joſ. XIV, 2. 11. 12. Exod. XXIII, 29. 30.

2738 + 45 = 2783.

2790 Vltimus Tai Kia, Imperatoris Sinenſium, ſecundi Familiæ Xam. Vid. Defenſ. p. 161.

2793 Vltimus Spareti, Regis Aſſyriorum, Vid. Defenſ. p. 166.

2803 Vltimus Joſuæ, ſecundum Clementem Alexandrium, Euſebium, Lactantium, Auguſtinum, Syncellum, Chronicon Alexandrinum, Theo-

A. M. Theophilum, Iſidorum, Faſtos Siculos.

2776 † 27 = 2803.

Clemens Alexandrinus Libr. I. Strom. p. m. 323. Joſuam tradit bellum geſſiſſe 66. annis, qui a primo Iſraëlitarum bello cum Amalek Exod. XVII, 9 ſeqq. numerandi ſunt.

2737 † 66 = 2803.

Interim notatu dignum eſt; quod Joſua breui tempore ante miſſionem ex Kades Barnea adhuc dicitur נער: *Et miniſter ejus Joſua, filius Nun*, quoad fuit *Naar*, *non receſſit e medio Tentorii*, Exod. XXXIII, 11. qui Num. XIII, 2. 3. jam annumeratur אנשים, non ſecus ac Caleb, qui tunc egit annum ætatis quadrageſimum Joſ. XIV, 7. Et quid, ſi אנשים ibi ſignificent ætatem virilem nuper ingreſſos?

2804 Vltimus Joſuæ, ſecundum Seder Olam Cap. XII. p. m. 33.

2776 † 28 = 2804.

2806 Vltimus Joſuæ, ſecundum Julium

A. M. Hilarionem, & Eupolemum apud Euſeb. Libr. 9. Præpar. Euangelicæ.

2776 † 30 = 2806.

2808 Vltimus Joſuæ ſecundum Zonaram, (Vid. Henr. Philippi Commentar. Chronol. in V. T. P. 2. p. 24.) ætatis 110. Joſ. XXIV, 29.

2776 † 32 = 2808.

2808 — 110 = 2808 — 32 — 38 — 40.

Paucis annis poſt mortem Joſuæ pullulare cœpit defectio Iſraëlis, vſque dum poſt Seniores maximas acquireret vires, Jud. II, 7 ſeqq.

28** Hoc tempore geſta ſunt, quæ Jud. XVII. & ſeqq. leguntur: Jud. I, 34. XX, 28. 2. XXI, 25.

2853 Vltimus Seniorum: non tam eorum, qui vixerant cum Moſe inde ab inchoato itinere ex Aegypto, anniſque ætatis infra viceſimum, & viderant OMNE opus DOMINI, Jud. II, 7. Joſ. XXIV, 7. illi enim multo ante obierunt diem ſupremum; quam eorum, qui in de-

ſerto

A. M ſerto & mox poſt ingreſſum in terram Canaan geniti. Horum ætas, ſecundum Maximum, protenditur vſque ad annum quinquageſimum poſt vigeſimum ſeptimum Joſuæ. Itaque annis hiſce 50. continentur etiam anni defectionis ante ſeruitutem primam. Vid. Defenſ. p. 148.

$$2803 + 50 = 2853 = 2854 - 1.$$

2854 Primus Captiuitatis Terræ, ſiue ſeruitutis ſub Rege Syriæ, Jud. III, 8. *Cum genueris filios, & filios filiorum, & CONSENVERITIS in terra* illa, *corruperitis autem Vos, feceritisque ſculptile - - - : cælos ego vobis hodie terramque teſtor, vos inde BREVI ſublatum iri de terra, ad quam occupandam Jordanem trajecturi eſtis: NON PROLONGABITIS HINC*, a præſenti tempore, *ANNOS* præſentes Epochæ *in ea*, dum valde *diſſipabimini inde*, h. e. Non conficietis ex hoc tempore vltra annos præſentes epochæ Liphrat

A. M. katon in ea, non permanebitis in ea inconcuſſi vltra annos ſeptem & ſeptuaginta, Deut. IV, 25. 26. Hiſce prorſus conſentanea leguntur Deut. XXX, 17. 18. nec vox תאריכן cum Nun Paragogico, Accuſatiuo temporis & Præpoſitione על ſæpius occurrit, quam in hiſce duobus Scripturæ S. locis. Docuit etiam nos aſſidua Bibliorum Hebraicorum lectio, nec Nun nec He Paragogicum vnquam Verbis fruſtra affigi, ſed idem fere ſignificare, quod *inde* ſiue loci, ſiue temporis, ſiue cauſæ. Nec fruſtra Schurek ante illud Nun mutatum eſt in Kibbuts. ימים autem paſſim & præcipue in phraſibus rarioribus annos epochæ denotare, plurima exempla confirmant. Conf. A. M. 3226. 3301. & Defenſ. reſtit. antiqu. p. 123 ſeq.

2777 † 77 = 2854.

Vlti-

A. M.

2861 Vltimus ſeruitutis ſub Rege Syriæ, Jud. III, 8.

2853 † 8 = 2861.

2901 Vltimus Athnielis, Jud. III, 11.

2861 † 40 = 2901.

2907 Vltimus annorum defectionis ſex poſt Athnielem, Jud. III, 12.

2925 — 18 = 2907 = 2901 † 6.

2925 Vltimus ſeruitutis Moabitico-Ammoniticæ, Jud. III, 12. 13. 14.

2926 — 1 = 2925.

Vltimus Cycli annorum Jubilæi, v. 16. 20.

2925 — 2775 = 250 = 5x50.

2926 Primus Ehudi, primus etiam annorum 300. ante Judicatum Jephthæ, Jud. XI, 26. annus, qui non poteſt non haberi pro Jubilæo, ſi primus Jephthæ talis fuerit.

3225 — 300 = 2925.

2928 Annus 191. a diluuio Ogygio ſ. Pharaonis, primus Aeræ Atticæ. Vid. Chronol. S. p. 463.

2737 † 191 = 2928.

2985 Diluuium Deucalionis, anno 248.

 poſt

A. M. poſt diluuium Ogygium. Vid. Chronol. S. p. 463.

2737 † 248 = 2985.

3005 Vltimus Ehudi, Jud. III, 30.

2925 † 80 = 3005.

3024 Primus Amoſi, Regis Aegypti, primi Dynaſtiæ 18. ſub quo Danaus ex Aegypto expulſus. Vid. Defenſ. p. 172.

3030 Septimus Amoſi, Regis Aegypti, 293. poſt exitum Iſraelitarum ex Aegypto inchoatum, ſecundum Joſephum. Vid. Defenſ. p. 172. & 143.

3030 — 3023 = 7.

2737 † 293 = 3030.

Primus Danai, Regis Argiuorum. *Argos ſibi Danaus vindicauit, expulſus Aegypto*, Euſeb. Can. Chron. ad A. 542. Conf. Defenſ. n. l. c.

3307 — 278 = 3029.

Primus etiam Dardani & Regni Trojani. Author Troicorum laudatus a Petauio Ration. Temp. P. 2. Libr.

2.

A. M. 2. Cap. 10. p. m. 139. Trojanum regnum annis trecentis perſeueraſſe dicit, ac Reges fuiſſe ſex, quorum ſingillatim annos enumerat, qui in vnum collecti minus quatuor trecentos conficiunt.

3325 — 296 = 3029.

3034 Vltimus annorum 29. qui ambitu ſuo complectuntur annos defectionis poſt mortem Ehudi Jud. IV, 1. tempus ſeruitutis Philiſtææ Jud. X, 11. Judicatum Samgaris Jud. III, 31. & Jaëlis, (non confundendæ cum interfectrice Siſſeræ,) quam Iſraëlitas poſt Samgarem judicaſſe colligitur ex Jud. V, 6. vt & annos defectionis ante ſeruitutem ſub Jabino. Iſraël *electurus erat porro deos nouos; tunc oppugnator portarum: clypeus num viſus eſt aut haſta* —? Jud. V, 8.

3101 — 7 — 40 — 20 = 3034 = 3005 † 29.

3054 Vltimus ſeruitutis ſub Jabino, Jud. IV, 3. X, 11. 12.

3034 † 20 = 3054.

 An-

A. M. Annus poſt Sabbathicum primus. *Ceſſarunt in pago* ab agricultura *in Iſraële, ceſſarunt, antequam ſurgerem Deboræ*, Jud. V, 7.

3054 — 2775 = 279 = (5x50) † (4x7) † 1.

3094 Vltimus Deboræ, Jud. V, 33.

3054 † 40 = 3094.

3101 Vltimus ſeptem annorum defectionis poſt Deboram, Jud. VI, 1. *Sume juuencum ſeptem annorum*, Jud. VI, 25. Cur nec plurium nec pauciorum annorum, niſi ad ſignificandum numerum annorum peccati, quo Jſraël ſeruitutem ſequentem commeruit?

3094 † 7 = 3101 = 3102 — 1.

3102 Annus Mundi, quo natus eſt juuencus, quem Gideon juſſu Diuino obtulit in holocauſtum. *Sume juvencum bouis, qui patri tuo, & quidem juuencum anni ſecundi*, natum anno ſecundo, Liphrat katon, epochæ mundi conditi, Jud. VI, 25.

Vlti-

A. M.

3108 Vltimus ſeruitutis Midianiticæ, Jud. VI, 1.

3101 † 7 = 3108.

3109 Primus Gideonis, & ſeptimus ætatis juuenci. *Sume juuencum bouis, qui patri tuo, & quidem juuencum anni ſecundi*, natum anno ſecundo, *juvencum ſeptem annorum*, ſeptem annos natum, Jud. VI, 25. *Juuencum illum, juuencum ſecundi anni*, v. 26. 28.

3102 † 7 = 3109.

Annus agriculturæ, Jud. VI, 11.

3109 — 2775 = (6x50) † (4x7) † 6.

3148 Vltimus Gideonis, Jud. IIX, 28. cui & nomen Jerubbaal 1. Sam. XII, 11. & Jerubbeſchet 2. Sam. XI, 21.

3108 † 40 = 3148.

3151 Vltimus Abimelechi, Jud. IX, 22.

3148 † 3 = 3151.

 An-

A. M. | Annus agriculturæ, Jud. IX, 27.
3151 — 2775 = 376 = (7x50) † (3x7) † 5.

3174 | Vltimus Tholæ, Jud. X, 1. 2.
3151 † 23 = 3174.

3196 | Vltimus Jairi, Jud. X, 3.
3174 † 22 = 3196.

3207 | Vltimus annorum vndecim defectionis poſt Jairum, Jud. X, 6.
3225 — 18 = 3207 = 3196 † 11.

3225 | Vltimus ſeruitutis Philiſtæo-Ammoniticæ, & ſimul annorum 300 ante judicatum Jephthæ, Jud. X, 7. 8. 9. XI, 26.
3207 † 18 = 2925 † 300 = 3225 = 3226 — 1.

3226 | Primus Jephthæ, qui & primus poſt vltimum Cycli annorum Jubilæi, Judic. XI, 4. Vox מימים ſine addito indicat, hoc factum eſſe circa annos epochæ finitos, quæ hic eſt epocha Jubilæi, ſ. quinquageſimi. Conf. Jud. XIV, 8. XV, 1. & quæ infra ad hæc loca monebimus; nam

A. M. nam ſæpius hæc phraſis non occurrit.

3226 — 2775 = 451 = (9x50) † 1.

3231 Vltimus Jephthæ, Jud. XII, 7.

3225 † 6 = 3231.

3238 Vltimus Ebzanis, Jud. XII, 10.

3231 † 7 = 3238.

32** Ad hoc tempus referenda videtur Hiſtoria Ruthæ, Ruth. I, 1. ἐν τῷ κρίνειν τοὺς κριτὰς, ό.

3248 Vltimus Elonis, Jud. XII, 11.

3238 † 10 = 3248.

Annus 465. a κληροδοσία Joſ. XIV, 2. 11. 12. quem Clemens Alex. Libr. I. Strom. p. m. 337. confudit cum vltimo Eli. Vid. Defenſ. n. p. 154.

2783 † 464 = 3247.

3256 Vltimus Abdonis, Jud. XII, 14.

3248 † 8 = 3256.

3260 Vltimus quatuor annorum defectionis poſt Abdonem, Jud. XIII, 1.

3300 — 40 = 3260 = 3256 † 4.

A. M.

3262 Naſcitur Eli, 1. Sam. IV, 15.

3360 — 98 = 3262.

3285 Argonautarum expeditio, & Troja capta ab Hercule Alcmenæ filio, anno 40. ante Trojam funditus euerſam. Vid. Petau. Ration. Temp. P. 1. Libr. I. Cap. 10. p. m. 46.

3325 — 40 = 3285.

3298 Annus 1500. a regno Mizraim, vltimus Nili, Regis Aegypti. Vid. Defenſ. p. 173. .

3300 Vltimus ſeruitutis Philiſtææ, Jud. XIII, 1.

3260 + 40 = 3400 — 40 — 40 — 20 = 3300.

Hujus anni monumentum etiam videtur latere ſub 300. *vulpibus Simſonis* Jud. XV, 4. ita vt שועל ſit memoriale τῆς שנה, & numerus memoriale anni 300. a Mundo condito Liphrat katon.

3301 Primus Simſonis, Jud. XIV, 8. XV, 1. מימים h. e. circa annos epochæ fini-

A. M. finitos, quæ hic eſt epocha Mundi. Conf. dicta ad A. M. 3226. Etenim ſi ימים Jud. XV, 1. deſignarent annum vnicum, aduerſum hoc eſſet ſanctis moribus; ſin aliquot tantum dies, verendum, ne notatio hæc temporis videatur ſuperflua.

Annus agriculturæ, Jud. XV, 1.

3301 — 2775 = 526 = (10x50) † (3x7) † 5.

Primus Regis Latini. Hujus imperii anno 25. Troja capta eſt, ſecundum Caſſiodorum.

3325 — 25 = 3300.

3305 Viceſimus ante Trojam captam, quo rapta eſt Helena; 320. poſt diluvium Deucalionis, teſte Thraſyllo apud Clem. Alex. Strom. Libr. I. p. 335 ſeq.

3325 — 20 = 2985 † 320 = 3305.

Milleſimus poſt aduentum Jacobi in Aegyptum, ſecundum Joſephum. Vid. Defenſ. n. p. 142.

2305 † 1000 = 3305.

An-

A. M.

3307 Annus 278. poſt aduentum Danai in Peloponneſum, vltimus Thyeſtæ, Regis Mycenarum, Euſeb. Can. Chron. ad A. 820.

$3029 - 278 = 3307$.

3308 Primus Agamemnonis, Regis Mycenarum, cujus anno decimo octavo captum eſt Ilium, teſte Clem. Alex. Strom. Libr. I. p. 321.

$3325 - 18 = 3307$.

3311 Primus Sethoſi, Regis Aegypti, primi Dynaſtiæ 19. Vid. Defenſ. p. 173. *Rex deſignatus fuit, quem CETEN Aegyptii, Græci Proteum nominant, cujus ætas in belli Trojani tempeſtatem incidit*, Diodor. Sic. Libr. I. p. m. 56. Hujus ſucceſſor Diodoro *Remphis*, Joſepho *Rampſe*.

3315 Primus belli Trojani. *Pugnatum eſt annis* 10. *menſibus* 8. *diebus* 12. Daretis Phrygii Hiſtor. de excid. Troj. i. f.

$3325 - 11 = 3314$.

3319 Vltimus Teutami, Regis Aſſyr. ſub cujus

A. M. cujus clientela fuit Priamus, Troadis Rex. Vid. Chronol. S. p. 247. Defenſ. p. 167.

3320 Vltimus Simſonis, Jud. XVI, 31.

3300 † 20 = 3320.

3321 Primus Sacerdotis Eli, 585. poſt exitum Iſraëlitarum ex Aegypto inchoatum, ſecundum Julium Africanum & Joſephi Hypomneſticon. Vid. Chronol. n. S. p. 351. & Defenſ. p. 149.

2736 † 585 = 3321.

3325 Annus 408. ante primam Olympiadem, quo Troja capta, ſecundum Diodorum Siculum. Vid. Chronol. n. S. p. 463. Decimus quintus Sethoſi, Regis Aegypti. *Tum Heli Sacerdos, cujus tempore captum eſt Ilium*, Euſeb. Præpar. Euangel. Libr. X. Cap. 14. p. m. 503.

3773 — 408 = 3310 † 15 = 3325.

Annus Quinquageſimus, quo natum eſſe Samuelem haud contemnen-

A. M. mnenda probant argumenta. *Vt ſatiarentur pane*, *conducti* ac ſerui facti *ſunt*, *&* *famelici* atque inopes *reliquerunt*, ὁ: παρῆκαν γῆν, dimiſerunt terram & poſſeſſiones ſuas, venditas ob paupertatem vſque ad Jubilæum, *vſque dum ſterilis peperit poſt ſeptimum* Sabbathicum, quia ſcil. tunc ſecundum Legem Diuinam Leu. XXV, 10 ſeqq. inſtabat manumiſſio etiam annis Sabbathicis non manumiſſorum & rerum venditarum reſtitutio, 1. Sam. II, 5. *Et factum eſt*, vertentibus temporibus, *circa reuolutionem*, quam vocant, *annorum* Sabbathicorum, ſiue epochæ quinquageſimi; *& concepit Channa & peperit filium*. - - *Et aſcendit vir ille*, *Elkana*, *& tota domus ejus*, *ad ſacrificandum JEHOVAe SACRIFICIVM ANNORVM*, 1. Sam. I, 20. 21. vnde etiam cognoſcitur, initium anni Jubilæi ſingularibus quandoque totarum familiarum ſacrificiis eſſe celebra-

A. M. lebratum. Conf. 1. Sam. XX, 6.

3325 — 2775 = 550 = 11x50.

3360 Vltimus Sacerdotis Eli, 1. Sam. IV, 18. *Sexageſimo quinto Trojæ captæ anno interiit ſacerdos Eli*, Cyrill. Alex. contra Julian. Libr. I. p. m. 11. ἑξηκοςῷ pro τριηκοςῷ.

3320 † 40 = 3325 † 35 = 3360.

3361 Primus Samuelis, primus etiam poſt Sabbathicum 1. Sam. VI, 13. & Arcæ in Kirjathjearim 1. Sam. VI, 1. VII, 1.

3400 — 40 = 3360 = 2775 † (11x50) † (5x7).

Annus 624. ab exitu ex Aegypto, ſecundum Philaſtrium. Vid. Defenſ. p. 146.

2737 † 629 — 5 = 3361.

3381 Vltimus oppreſſionis Philiſtææ, 1. Sam. VII, 2. 13. 14. Conf. Defenſ. p. 71.

3361 † 20 = 3381.

3388 Vltimus Cheu, Imperatoris Sinenſium, vltimi Familiæ Xam. Vid. Defenſ. p. 162.

Qua-

A. M.

3400 Quadrageſimus judicatus Samuelis, Act. XIII, 21. quem etiam ipſi tribuit Julius Hilarion, ætatis 75. Vid. Chronol. S. p. 303 ſeq. & Defenſ. p. 72 ſeqq. item p. 147.

3360 † 40 = 3325 † 75 = 3400.

3401 Primus Liphrat katon epochæ Mundi, idemque primus Sauli, Regis Iſr. 1. Sam. XIII, 1. Vid. Chronol. S. p. 317 ſeqq. Defenſ. p. 24.

Annus agriculturæ, 1. Sam. XII, 1. 2. 17.

3401 — 2775 = 626 = (12x50) † (3x7) † 5.

Annus 512. ante vltimum Sedeciæ, ſecundum Joſephum. Vid. Chronol. S. p. 460 ſeq.

3912 — 512 = 3400.

3403 Annus Sabbathicus, quo Saul bellum geſſit cum Philiſtæis, 1. Sam. XIII, 5. 16. 22. 23. & Ahia, pronepos Eli, fuit ſummus Sacerdos, XIV, 3.

3401 † 2 = 3403.

Hoc

A. M.

3406 Hoc anno naſcitur Dauid, 2. Sam. V, 4. 5.

3476 — 70 = 3406.

34** Bella Sauli cum Moabo, filiis Ammon, Edomo, Regibus Zobæ, Philiſtæis, Amaleko, &c. 1. Sam. XIV, 47 ſeq.

3422 Reſpectu vnctionis Dauidicæ vltimus Sauli: vnde originem ducere videntur anni 22. quos poſt mortem Samuelis Saulum regnaſſe ſcribit Joſephus, abdicationem cum morte confundens, Antiqu. Libr. VI, i. f.

3400 † 22 = 3423 — 1 = 3422.

3423 Dauid vnctus in Regem, 1. Sam. XVI, 11 ſeq. Conf. Geneſ. XXXVII, 2.

3406 † 17 = 3426 — 3 = 3423.

3424 Annus Sabbathicus.

3424 — 2775 = 649 = (12x50) † (7x7).

Bellum cum Philiſtæis, in quo Dauid

T Golia-

A. M. Goliathum proſtrauit, 1. Sam. XVII, 16 ſeqq.

3425 Dauidi jungitur Michal poſt exhibita Saulo 200. præputia Philiſtæorum, 1. Sam. XVIII, 19. 27.

3426 Annus Jubilæus.

$3325 + 1 + (2 \times 50) = 3426.$

Bellum cum Philiſtæis, in quo Dauid iterum magnam iis intulit cladem, ſequente prima ipſius fuga, 1. Sam. XIX, 8 ſeqq. *SACRIFICIUM ANNORUM*, ſacrificium Jubilæum, *ibi eſt toti familiæ*, 1. Sam. XX, 6. Conf. dicta ad A. 3425.

3427 Fuga Dauidis ad Achimelechum Sacerdotem, & inde ad Achiſchum, Regem Philiſtæorum, 1. Sam. XXI.

3428 Refugia Dauidis ad ſpeluncam Adullam, Mizpen, & ſyluam Chereth; cædesque Sacerdotum per Doëgum, 1. Sam. XXII.

3429 Pugna Philiſtæorum contra Kegilam, eorumque irruptio in terram

A. M. ram Iſraël, 1. Sam. XXIII, 1. 27.

3430 Annus emortualis Samuelis, ætatis 105. 1. Sam. XXV, 1. collatis ſeqq. *A nonnullis, qui de temporibus ſcripſere, 70. annis præfuiſſe populo refertur*, Sulp. Seuer. Sacr. Hiſtor. Libr. I. p. m. 79. Conf. Defenſ. p. 147.

3360 † 70 = 3431 — 1 = 3430.

Triceſimus, isque vltimus Sauli cum Samuele populum gubernantis; *Plerique, qui de temporibus ſcripſerunt*, 30. *eum annos regnaſſe annotaverunt*, Sulpic. Seuer. l. c. p. m. 78.

3400 † 30 = 3430.

3431 Annus, quo Dauid ad Regem Gathi confugit. *Fuit autem numerus annorum, quibus habitauit Dauid in agro Philiſtaeorum*, quatuor *anni & quatuor menſes*, 1. Sam. XXVII, 7. Conf. Cap. XXIX, 3.

3435 — 4 = 3431.

3432 Vltimus Chim Vam, Imperatoris Sinenſium, ſecundi Familiæ Cheu. Vid. Defenſ. p. 162.

A. M.

3435 Vltimus Regis Saul, 2. Sam. II, 10. 11. Decimus tertius poſt rejectionem Diuinam, vnde forſan 13. illi anni, quos Hebræi in Seder Olam p. m. 35. inter obitum Eli & Sauli interponunt. Conf. Chronol. S. p. 304.

3400 † 35 = 3422 † 13 = 3535.

CAPVT

CAPVT XVII.

De in Scriptura Sacra nuſquam DEO adſcriptis hominum peccatis.

Summaria.

Annorum Samuelis multitudo, & τῶν נערים *atque* אנשים *differentia, §.* 1. *Αὐτοχειρίας Sauli nec Actor. XIII,* 22. *nec* 1. *Chron. X,* 13. 14. *DEVM cauſam conſtitui §.* 2. *Origo male interpretationis Verbi* חזק *in Hiſtoria Pharaonis, & loci Rom. IX,* 14 *ſeqq. cum Rom. III,* 5 *ſeqq. comparatio, §.* 3. *Dicta Scripturæ S. Rom. IX,* 15 — 21. *non proferri, vt in V. T. extant, §.* 4. *Coacervatio argumentorum, ex quibus porro efficitur, Paulum Rom. IX,* 15. — 21. *non ſuam ſed aduerſarii mentem explicare, §.* 5. *Quomodo Apoſtolus Rom. IX,* 22 *ſeqq. ad aduerſarii diſputationem reſpondeat §.* 6. *Qualis intelligatur πώρωσις Rom. XI,* 7. *& Jeſ. XXX,* 10. *§.* 7. *Annorum vſque ad excidium Hieroſolymæ vltimum numerus, Jeſ. XXIX,* 1. *indicatus. Item πωρώσεως Cananæorum ratio, §.* 8. *Dicta Pſalm. LXIX,* 23. 24. *Jeſ. VI,* 9. 1. *Sam. II,* 25. 2. *Sam. XII,* 11. 12. *ab irreligioſis ſuſpicionibus vindicata §.* 9. *Defenſio locorum* 2. *Sam. XVI,* 10. *&* 1. *Reg. XXII,* 22. *§.* 10. *Similis defenſio locorum* 2. *Sam. XXIV,* 1. *Rom. I,* 26. 28. 2. *Theſſ. II,* 11. 12. *§.* 11.

§. I.

Præcedens Chronotaxis haud pauca ſuppeditat ad profligandam Annotatoris ſententiam de interjectis tantum quatuordecim annis inter mortem Sacerdotis Eli & regnum Sauli. Accedunt tamen clariſſima etiam Samuelis verba, quibus teſtatur, ſe Iſraëli ab adoleſcentia vſque ad canam ſenectutem præfuiſſe, 1. Sam. XII, 2. Hoc vero teſtimonium vt eludat Annotator, nobisque ludicra affingat, ſignificatus vocum נערים & אנשים confundere inſtituit. Nihil enim obſtare putat, quo minus Samuel primum vel ſecundum ſupra quinquageſimum ætatis annum agens adhuc in numero τῶν נערים habeatur (s): & deinde cauillationum ſuarum hoc ponit fundamentum; qui quintum ſupra viceſimum agit annum, in אנשים numerandum eſſe (t). Sed quam abſurdum eſt prius,

(s) Ann. p. 33 ſeq. (t) p. 38.

prius, tam abſurdum eſt poſterius: quatenus quidem inter נערים & אנשים intercedit graduum ætatis reſpectus. Nusquam certe in Scriptura S. homo quinquaginta annorum vocatur נאר: & ætatem τῶν אנשים ad ſenectutem vſque pertingere, docet locus 1. Sam. XVII, 12. *Vir ille in diebus Sauli ſenex, veniens ex* אנשים, h. e. ætatem τῶν אנשים egreſſus. Quemadmodum igitur ſupra (v) oſtendimus, annum ætatis quadrageſimum fuiſſe τῶν אנשים κατ' ἐξοχὴν ſic dictorum primum: ita annum vndeſexageſimum fuiſſe ætatis τῶν אנשים vltimum, collatio ſenii Dauidis & Salomonis indicare videtur 1. Reg. I, 1. 2. Sam. V, 4. 1. Reg. XI, 4. III, 7. (x) XI, 42. Fac, Pinechaſum, cum naſceretur Samuel, natum fuiſſe annos 21. & interiiſſe anno ætatis 56. nonne hic annus adhuc fuit ætatis τῶν אנשים? Nec neceſſe eſt verba 1. Sam. II, 33. ad ſolum initium hujus ætatis reſtringere: quin ſimplicitati ſermonis magis con-

(v) Cap. XVI. ad A. M. 2803.
(x) Conf. Defenſ. n. p. 81.

ſentaneum exiſtimo, ætatem illam ibi accipere generatim. Filios autem Sacerdotis Eli ſerius vxores duxiſſe, ex 1. Sam. II, 22. concludo, quia adulteria hic ſuſpicari varia prohibent. Quod ſi ergo Achitobus, cum Eli jam admodum ſenex eſſet, lucem demum aſpexit, locus 1. Sam. XIV, 3. Annotatoris ſententiæ omnino aduerſabitur.

§. II.

Atque hæc idcirco a nobis prolata ſunt, vt eo citius eruditorum aſſenſu approbaretur interpretatio noſtra loci Act. XIII, 21 ſeq. vbi poſt plura tribus argumentis confirmauimus, verbo μεθιστάναι non denotari mortem Sauli, ſed remotionem ab officio ſtatim poſt bellum cum Amelekitis factam (y). Quippe ad crebriorem vocis vſum, ἀυτοχειρίαν Sauli & ſubſequentem ἔγερσιν prouocauimus. Verum Annotator primum & tertium argumentum ſilentio præteriens, ad alterum duntaxat reſpondet:

(y) Defenſ. p. 76.

det: hoc dubium nullius eſſe momenti, quandoquidem quædam peccata ita ſint comparata, vt vel in pœna deſinant, vel pœnæ ſimul vices ſuſtineant (z). Scilicet Annotatori res eſt nullius momenti, Numini ſanctiſſimo tribuere hominum peccata. At pius interpres non facile talem ſectabitur interpretationem, quæ eo collineat. Nam etſi DEVS haud raro peccatis hominum & dæmonum ad pœnam vtitur: non tamen ideo ipſum peccatum de DEO poteſt prædicari, aut effectus peccati in ipſo peccante terminatus cum DEO communicari. Timor DEI hic cuiuis ſit commendatiſſimus, qui & interpretem ſæpe illa felicitate remunerabitur, vt ex dictis Scripturæ S. ab aliis in malam partem acceptis non ſolum facilem ſed & præſtantiſſimum ſenſum reportet. Teſtimonio ſit ſtatim locus 1. Chron. X, 13. 14. quem miror non ab Annotatore vt parallelum laudatum eſſe, ita vero explicandum: *Sic mortuus eſt Saul in praua-*

(z) Ann. p. 32.

ricatione ſua, qua præuaricatus eſt contra JEHOVAm; præuaricatus *contra verbum JEHOVAe, quod non ſeruauit:* præuaricatus *maxime, dum interrogauit cacodæmonem quærendo.* Dum interrogauit, inquam, cacodæmonem, *nec* poſtea iterum *conſuluit JEHOVAm, etſi* cacodæmon *ipſum occiſurus erat* ſecundum 1. Sam. XXVIII, 19. *& dum auertit,* 2. Reg. XVI, 18. 2. Chron. XXXV, 22. 2. Sam. XX, 12. ἀπέστρεψε, ſecundum ὁ edit. Ald. vſque ad mortem *regnum a Dauide, filio Iſai,* cui illud mox poſt remotionem Diuinam 1. Sam. XV, 26. cedere debuiſſet. Perſuaſum ſane ac certum habemus, nullum malum naturale, quatenus eſt effectus mali moralis phyſicus, eſſe a DEO; & DEVM, cum peccata permittit, ea non tam permittere, quam pati ac tolerare. Hanc vero ſententiam hauſimus ex Scriptura Sacra, ſanctitatis Diuinæ abyſſo: quæ etiam illa nos imbuit ſui reuerentia & DEI noſtri ſuper omnia Optimi & Maximi religione, vt dudum animum no-

ſtrum

ſtrum inceſſerit cupido demonſtrandæ propoſitionis, Scripturam S. DEO nunquam adſcribere hominum peccata. Cum igitur jam mihi ſit occaſio hujus rei commoda, nolo eam amittere. Ad euincendam autem theſin noſtram non ſolum loca Scripturæ S. ab Annotatore nobis oppoſita vindicabimus, ſed & ab aliis locis, in eandem præcipue ſuſpicionem venientibus, eam dimouere conabimur.

§. III.

Primo ſe nobis offerunt loca Exod. IV, 21. X, 20. 27. XI, 10. XIV, 4. 8. 17. quibus hunc ſenſum ſubjiciunt interpretes, DEVM obfirmaſſe cor Pharaonis & Aegyptiorum, vt facerent, quæ DEVS illos facere prohibuit. Ipſa enunciatio contradictione ſua, quam inuoluit, ſe deſtruit, & nata primum videtur ex Verſione τῶν ό, qui vocem חזק in ſolis Exodi de corde Aegyptiorum dictis reddiderunt per σκληρύνειν, cum alias ipſis idem ſit ac ἐνισχύειν, κατισχύειν, ἰσχὺν δοῦναι. Maximum autem translationi

qui iſti addidit pondus locus Rom. IX, 17. 18. vbi σκληρύνειν illud DEO etiam circa Pharaonem haud obſcure tribuitur. Sed fefellit interpretes opinio, verba hujus loci eſſe Pauli propria; cum multis probari poſſit, Apoſtolum a v. 15. vſque ad v. 21. incl. referre tantum verba aduerſarii, conſequens doctrinæ ſuæ ante Caluinum Caluinianæ declinare ſtudentis, v. 22. & ſeqq. refutanda. Commouet nos initio ad id credendum cognatus & ejusdem fere argumenti locus, Rom. III, 5. 6. 7. 8. *Si injuſtitia noſtra DEI juſtitiam conſtituit, nonne* hoc ipſo *cogimur dicere, DEVM eſſe injuſtum, cum infert iram? Secundum hominem*, etiam ſecundum principia rationis ſibi relictæ *dico* & dicet ac reſpondebit quilibet: *Abſit*, vt injuſtitia noſtra DEI juſtitiam conſtituat. Conf. Luc. XX, 16. vbi τὸ μὴ γένοιτο etiam ad priorem partem v. 15. referendum, non autem ad verba proxime præcedentia. *Etenim quomodo* ſic *DEVS judicabit mundum? Nam ſi DEI veritas meo mendacio amplificatur ad Ejus gloriam, cur ego ampli-*

amplius vt ſceleſtus damnor, & non ſum, quales perbibemur a blaſphemis, & quomodo ajunt quidam nos dicere, faciamus mala vt euen ant bona, quorum damnatio juſta eſt? Si ſcilicet DEVS, (μὴ γένοιτο, vt vnquam hoc cum blaſphemis aſſeramus!) ipſe injuſtitiam hominum efficeret & promoueret, vt eueniant bona, ſiue vt juſtitiam ſuam poſſit oſtendere: quomodo ita dicentes juſte damnare poſſet? Quemadmodum igitur Rom. III, 5 ſeqq. quæſtionem τί ἐροῦμεν excipit conſequens doctrinæ aduerſarii, quod a ſe declinare cupit, & conſequentis hujus, interpoſita declaratione odii in theſes ſic connexas, deductio ex aduerſarii doctrinis: ita etiam Rom. IX, 14. quæſtionem τί οὖν ἐροῦμεν excipit idem conſequens doctrinæ aduerſarii, &, interpoſita declaratione odii, conſequentis illius ex conſectariis duorum Scripturæ S. locorum ab aduerſario confictis deductio v. 15. 16. 17. 18. ope concluſionis, quam præoccupat aduerſarius v. 19. & a ſe declinare conatur v. 20. 21. Quip-

pe

pe ſenſus verborum v. 14 ſeqq. hic eſt: *Num autem propterea dicemus* hic, quæ ad adverſarios nonnullos dicenda ſunt: Nonne tu ſtatuis, *in DEO eſſe injuſtitiam? Abſit!* Abſit, vt hoc argumentum contra dicta Scripturæ S. modo prolata adhibeamus, quod aduerſariis nonnullis opponimus dicentes: Nonne tu ſtatuis, in DEO eſſe injuſtitiam? *nam* ſecundum doctrinam tuam *Môſi dicit*, v. 15. 16. 17. 18. argumentum ad quod ſolet reſpondere aduerſarius v. 19. 20. 21. quaſi DEVS ideo μακρόθυμος fuerit, vt iram exerceret, v. 22 ſeqq. Dicamus potius, κ. τ. λ. v. 30 ſeqq.

§. IV.

Prodit etiam aduerſarium Pauli, quod dicta Scripturæ S. in parte illa Capitis noni Epiſtolæ ad Romanos, quæ v. 14. & ſeptem ſequentes complectitur, non proferuntur, vt in Libris Veteris Teſtamenti extant. Nam quod attinet ad Rom. IX, 15. nec particula ἂν, nec Præſens οἰκτείρω

Exod.

Exod. XXXIII, 19. apparet. Apparet autem facile, hunc verbi Diuini eſſe ſenſum: *Gratia mea* perpetuo vera & mera, nulloque hominum merito permiſta, *erit ei, cui erit gratia mea*; *& miſericordia mea* perpetuo vera & mera, nulloque hominum merito permiſta, *erit ei, cui erit miſericordia mea*: gratia ſcil. & miſericordia illa, de qua concionatus eſt DOMINVS Exod. XXXIV, 6. 7. Ita enim Moſes informandus erat, ne ob patefactionis Diuinæ excellentiam efferretur, 2. Cor. XII, 7. Sic voces ἐξήγειρα & ἐνδείξωμαι ἐν σοι Rom. IX, 17. nec exprimit nec admittit locus Exod. IX, 13: 14. 15. 16. 17. *DOMINVS: Surgito cras mane, inquit Moſi, Pharaoni præſto futurus, eique ita dicturus: Hæc tibi JEHOVAH DEVS Ebræorum dicit: dimitte populum meum, vt mihi ſeruiat. Nam vſque ad vicem hanc miſi omnes plagas meas in cor tuum* durum, obſtinatum & refractarium, *& in ſeruos tuos & in populum tuum*: profecto non, vt te obfirmare pergeres, ſed *vt cognoſceres, nullum eſſe mihi in omni orbe terrarum parem:*

Imo

Imo nunc nuper miſi manum meam, & percuſſi te & populum tuum peſte, peſte illa dira vlcerum lethiferorum v. 10. 11. *& excindendus eras* morte ſubitanea *e terra. Veruntamen ideo ſeruaui te*, & vt e ſtrato ferali ſurgeres feci v. 11. ideo חזקתי את לבך, v. 12. *vt oſtenderem tibi virtutem meam, & vt annuncietur nomen meum*, quam ſim miſericors & *μακρόθυμος*, *in omni terra. Tuque adhuc te extollis contra populum meum, vt non dimittas illos.* Quæ vix ſine lacrymis legi & expendi poſſunt: tam effuſe elucet ex illis Optimi & benigniſſimi Numinis beneuolentia, etiam erga eos, qui pereunt. Magna denique eſt diſcrepantia inter Rom. IX, 20. & Jeſ. XLV, 9. *Va illi* Ethnico, *qui contendit de formatore ſuo*, ipſe *teſta* in manu DEI exiſtens, *de teſtis terra*, de teſtis in terram projectis, Judæis captiuitati variarumque calamitatum procellæ expoſitis! *Num dicet lutum*, non *τὸ πλάσμα*, ſed *ὁ πηλὸς*, *formatori ſuo*, dum hic ex illo vas pulchrum formare laborat: *quid facies?* non *τί με ἐποίησας ὅτως*, ſed

τί

τί ποιήσεις; Quid facies mihi, homini ethnico, ſi Tibi maxime in opere conuerſionis obtemperare vellem; quid facies, qui, *etiam quod attinet ad opus tuum, non manus* tuas *ipſi* porrigis? Quid ethnicis a Te ſperandum, qui ne quidem Judæos, populum tuum, ſeruas & protegis? Ideo DEVS conqueritur v. 11. ethnicos ſibi, formatori Iſraëlis, de opere manuum ſuarum præcepta dare. Ideo poſtmodum pluribus explicat, ad quantam dignitatem populum ſuum ſit reducturus. Conferantur, quæ propoſui in Bibliotheca Lubecenſi (a).

§. V.

Quomodo jam ex ſinceritate & conſtantia gratiæ Exod. XXXIII, 19. efficitur, DEVM gratiam ſuam paternam nec volenti nec currenti indulgere Rom. IX, 18? Et quomodo conſectarium hoc concordat cum doctrina Pauli 1. Cor. IX, 24 ſeqq. Gal. V, 7. Hebr. XII, 1? Quomodo cum tot Scri-

V pturæ

(a) Vol. I. p. 24. 25. 38 ſeqq.

pturæ S. dictis, quæ vnicum ſalutis humanæ impedimentum eſſe teſtantur, quod homines gratiam Diuinam recipere nolunt, Ezech. XXXIII, 11. Jer. VI, 16 ſeqq. Matth. XXII, 3. XXIII, 37? Quomodo ex bonitate & μακροθυμίᾳ, qua DEVS Pharaonem vt reſipiſceret accumulauit Exod. IX, 13 ſeqq. efficitur, DEVM σκληρύνειν pro arbitrio Rom. IX, 18? Et quomodo conſectarium hoc concordat cum verbis Pauli Rom. II, 4. 5. Gal. III, 1. V, 7. 8. 1. Tim. II, 4? Quomodo ex refutatione ethnicorum DEO neglectionem operis & populi exprobrantium Jeſ. XLV, 9. efficitur, DEO nullam injuſtitiam imputari poſſe, etiamſi ex duobus hominibus, quorum alter non pejor altero, vnum ad vas miſericordiæ & alterum ad vas iræ præparauerit Rom. IX, 21? Et quomodo conſectarium hoc concordat cum prudentia figuli? quomodo cum 1. Cor. X, 23? Prudens ſane figulus nunquam ex eadem luti maſſa aliud faciet vas ad honeſta, aliud ad inhoneſta. Prudens figulus, quantum in ipſo

ipſo eſt, non faciet vaſa, niſi ſibi honorifica.

§. VI.

Cæterum Apoſtolus in retundenda aduerſarii diſputatione vtitur methodo CHRISTI Matth. IV, 6. 7. nam ſatius ducit veneno præſentaneum quoddam remedium opponere, quam manifeſtam dictorum Scripturæ S. contra mentem Spiritus S. interpretationem multis redarguere, eoque ipſo ſanationem quadantenus retardare. Itaque, *Num igitur DEVS*, inquit, volens perniciem hominis atque *eum in finem*, *vt oſtenderet iram* σκληρύνων v. 18. *& vt patefaceret*, *quid poſſit*, vt patefaceret, ſe ex eadem luti maſſa aliud poſſe facere vas in honorem, aliud in ignominiam v. 21. num DEVS ideo, *& vt declararet diuitias gloriæ ſuæ in* ſolis *vaſis miſericordiæ*, *tanta cum* μακροθυμίᾳ & *patientia tulit vaſa iræ?* v. 22. 23. Conf. Luc. XIII, 23. Matth. I, 19. Luc. X, 29. XXIII, 20. Act. XXIV, 27. XXV, 9. vbi θέλων idem quoque eſt

quod *ἵνα*. DEVS certe Pharaonem & Aegyptios non tanta patientia tulit, non tot miraculis poſt hominum memoriam maximis, tot monitis de mutanda mente efficaciſſimis aggreſſus eſt, vt vaſa hæc iræ perderet, ſed vt ipſis etiam iræ vaſis declararet diuitias gloriæ ſuæ, eaque in vaſa miſericordiæ conuerteret: qualia vt eſſent, vocauit ethnicos, quos apud Hoſeam ex vaſis iræ ſe in vaſa miſericordiæ vocaturum promiſit v. 24. 25. Tandem apoſtolus v. 30. reuertitur ad ſuum *τί ἐροῦμεν*; eoque ipſo docet, teſtimonia Scripturæ S. v. 7—13. a ſe producta & explicata longe aliter excipienda eſſe ac diſtortiones Caluinianas v. 15—21. atque hoc inde deriuandum eſſe conſectarium: Iſraëlitas juſtitiam non eſſe conſecutos, quoniam non per fidem ſed per Legis opera juſtitiam quæſiuerint. Ergo quod aduerſario eſt *σκληρύνειν*, id Paulo *ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ φέρειν*: nec verbum חזק DEO circa Pharaonem & Aegyptios tributum quicquam ſignificat aliud, quam animum plane demiſ-

ſum

ſum rurſus erigere, vel reſpirationem a plagis concedere; quemadmodum ipſe Spiritus S. vocem illam explicat verbis וירא פרעה כי היתה הרוחה Exod. VIII, 11. *Ego*, inquit DOMINVS, quæ mea eſt μακροθυμία, *faciam reſpirare cor ipſius, nec tamen is dimittet populum*, Exod. IV, 21. Atque ita etiam intelligenda ſunt loca ſimilia & cognata.

§. VII.

Vt autem Caluiniani doctrinæ ſuæ conſequens Rom. IX, 19. notatum amoliri nequeunt: ita Paulus etiam Rom. XI, 11. a doctrina ſua & dictis Spiritus S. conſectarium Caluinianum facile repellit. Nam poſtquam v. 7. 8. 9. 10. πώρωσιν Iſraëlitarum gratuitam electionem reſpuentium locis Jeſ. XXIX, 10. & Pſalm LXIX, 23. 24. declarauerat, v. 11. ſe neutiquam hoc ipſo affirmare ait, πώρωσιν illam, quam mox lapſum vocat, factam eſſe, vt Iſraëlitæ caderent, i. e. æternum perirent. Nec ſane Apoſtolus aliter judicare potuit, in primis cum exitialem ejusmodi πώρωσιν ex illis Scri-

pturæ locis, vbi verba v. 8. 9. 10. extant, nemo poſſit exculpere. Vt literis proditum eſt Jeſ. XXIX, 10. *Dedit eis DEVS ingenium ſtupidum, oculos caligantes, &* quod Verbum כסה innuit, *aures obtectas.* Hæc ſatis perſpicua ſunt, & porro illuſtrantur ſequentibus v. 13. 14. *Et dixit DOMINVS: propterea quod appropinquans populus hic honorat Me ore ſuo labiisque ſuis, & cor ipſius procul eſt a Me; & eſt cultus eorum,* (non meus, nec a Me præſcriptus,) *qui eſt coram Me, præceptumque eſt hominum, quod docent,* Matth. XV, 8. 9. *ideo Ego pergo mirificum reddere populum hunc, mirifica actione ac miraculo; & peribit ſapientia ſapientum ejus, atque intelligentia intelligentium ejus occultabit ſe.* An vero doctrinis hominum tantopere dediti ſapientia & intelligentia, quam non habebant, potuerunt orbari? Ergo ſapientia & intelligentia populo Judaico adimenda aut deneganda, non eſt ſapientia & intelligentia ad veram pœnitentiam neceſſaria, ſed ſapientia, qua etiam gaudent homines impii. Tria nempe πώρωσις illa populi Judaici complectitur. Primo ſtupidi-

ta-

tatem ingenii, quam etiamnum in Judæis animaduertimus, & qua ſit, vt nulla ferme gens Europæ tam inculta, imbellis, iners, & bonarum artium æque ac literarum expers ſit, quam populus ille, olim omnium ſapientiſſimus, Deut. IV, 6. Deinde jacturam prædicationis Euangelii ſcelerate ſpreti, Actor. XIII, 45. 46. & occultationem Veritatum Euangelicarum, quoad illis nihil ſalutare effici poteſt: qualis occultatio etiam intelligitur Matth. XI, 25. Hebr. VI, 3 ſeqq. Quid enim doctrina Euangelii apud hos proficiet, qui opinione propriæ juſtitiæ ebrii ad agnitionem peccati nolunt perduci? Denique occultationem imminentis pœnæ temporalis, & remediorum Philoſophicorum ad illam auertendam.

§. VIII.

Hæc occultatio accelerauit præcipue excidium Hieroſolymæ vltimum, quod DEVS interminatus eſt Judæis Jeſ. XXIX, 1. ſeqq. vbi Chronologiæ noſtræ nouum de-

cus conciliat initium vaticinii: *Va altari altaris, vrbis, apud quam caſtra poſuit David,* Dauidis filius, Meſſias, Ezech. XXXIV, 23. 24. Hoſ. III, 5. *Addite annos* totidem, annos 789. *ad annos* præſentes epochæ Liphrat katon 789. *& ſacrificia* feſtorum excidentur, i. e. vt Aben Eſra docet, יפסקו *ceſſabunt*, Dan. IX, 27. Jeſ. XXXII, 10. (b) Ejusmodi occultatio etiam eſt πώρωσις illa, quam indicat Spiritus S. voce הקשה Deut. II, 30. Quippe Sichonis intellectum DEVS eatenus tantum obſcurauit, vt illum præteriret conditionum ab Iſraëlitis pie oblatarum ad felicitatis temporalis continuationem vtilitas: quemadmodum DEVS vt Abſalomum pœna merita afficeret, huic vtile at Dauidi pernicioſum Achithophelis conſilium curauit diſſolui, 2. Sam. XVII, 14. Talibus exemplis Cananæi conuinci debebant, hoſtium Iſraëlis exitium non eſſe aliquid humani aut fortuiti, ſed veram pœnam a vero DEO profectam. Sed fruſtra quoque adhibitis hisce monitis & pœniten-

(b) Conf. Defenſ. n. Reſt. Ant. Temp. p. 124.

nitentiæ illecebris, DEVS tandem omnibus metum Iſraëlitarum ademit, eosque corroborauit, non commendatione peccati, ſed opibus, copiis, ſucceſſis nonnullis exoptatis, priuatione prudentiæ Politicæ, vt ipſi ſic inopinato ad ſuum ruerent interitum, quia DEVS eos ab hoc interitu amplius protegere noluit, Joſ. XI, 19. 20.

§. IX.

Jam quod attinet ad Pſalm. LXIX, 23. 24. eandem hic intelligi mentis cæcitatem, quæ Jeſ. XXIX, 10. 13. 14. prædicta, vel ſolus tenor ſermonis arguit: nec ſanctitati Diuinæ repugnant verba v. 28. *Tribue* vel imputa ipſis *peccatum* hoc *præ* cæteris *eorum peccatis*, *nec in Tuam veniant juſtitiam*; non imputetur illis juſtitia Redemtoris, 1. Sam. XVIII, 8. Job. I, 22. Pſalm LXVIII, 35. At Jeſ. VI, 9. Imperatiui ſupplent vicem Futurorum emphaticorum, & v. ſeq. non Imperatiui ſed Infinitiui ſtatuendi ſunt: אמרת, 7ò השמן

 eſt

eſt cordi populi hujus, & auribus ipſius τὸ הכבר, *& oculis ipſius τὸ* השע; quam interpretationem hic omnino poſtulat locus Act. XXVIII, 26. 27. Quare & verba τετύφλωκε καὶ πεπώρωκε Joh. XII, 40. pro Imperſonalibus habenda. Manifeſte etiam Joh. XII, 40. opponitur excæcans & indurans ſanaturo, vt huic obſiſtens, & hoc pacto DEO inimicus. Miror deinde, nobis adhuc opponi 1. Sam. II, 25. cum dudum oſtenſum ſit ab Eruditis, particulam כי hic non eſſe indicem cauſæ rei, ſed argumenti ſermonis, & concinna prorſus ſit explicatio illa apud Theoph. Alethæum (c): *Non crediderunt voci patris ſui, DOMINVM eos occiſurum*; voci: *Si JEHOVAe peccauerit vir, quis deprecabitur pro illo*, ſcilicet ne moriatur? Ne dicam, particulam כי aliquando eſſe Syllogiſticam, inſtar τοῦ ὅτι Luc. VII, 47. nec probabilitate carere interpretationem B. Chriſtiani Noldii (d), aliorumque, quos citat: *Sed non auſcultarunt*

(c) Grundl. Erleut. der duncklen Oerter 38. Verſuch. p. 149 ſeqq.

(d) Concord. Partic. p. 395. & Annot. 1342.

runt voci patris ſui, IDEO voluit JEHOVAH eos interficere. Majorem prima ſpecie movet ſolicitudinem locus 2. Sam. XII, 11. 12. At quid remanet difficultatis, ſi ſequens ſit verborum ſenſus? *Ecce ego excitans ſuper te malum e domo tua, vxores tuas a conſpectu tuo remotas dabo in poteſtatem proximi tui, qui cubabit cum vxoribus tuis in conſpectu ſolis hujus. Tu quidem occulte feciſti*, quod feciſti orbans vxore Vriam & gladio hunc perſequens: *at ego faciam*, non quæ Abſalom faciet, ſed *quæ ego dixi me facturum, coram toto Iſraële & palam.*

§. X.

Citra dubium Simei de comminationibus Diuinis tunc factis inaudiit, nec abſurda erit ſententia, hujus execrationes & maledicta Dauidi Diuino inflatu prænunciata fuiſſe. Quamobrem verba Dauidis 2. Sam. XVI, 10. ſic interpretamur: *Si maledixerit; DEVS prænunciauit coram eo, maledicta euomitum iri in Dauidem.* Simul autem agnouit Rex pius, ob cædem Vriæ & cum ipſo interfectorum ſe ſine maledi-

cto

cto איש דבים vocari poſſe. Itaque DEVS non juſſit Simei maledicere: ſicut nec juſſit malum ſpiritum malum exequi conſilium 1. Reg. XXII, 22. nam & hic Imperatiuus Futurum eſt emphaticum, & initium commatis ſequentis ita transferendum: *Jam ergo ecce id, quod permiſit DOMINVS ſpiritui mendacii, in ore omnium illorum prophetarum tuorum*, Exod. III, 19. Num. XX, 21. Pſalm. XVI, 10. Joël. II, 19. *Praeterea DOMINVS locutus eſt contra te malum.*

§. XI.

Aliam iniit viam cacodæmon tempore Dauidis, cum incitaret hunc ad numerandum populum. Ea incitatio diſerte attribuitur ſatanæ 1. Chron. XXI, 1. Quapropter 2. Sam XXIV, 1. vel ישראל poſt ויסת repetendum, vel Verbum hoc, quæ Seb. Caſtellionis fuit ſententia, pro Imperſonali habendum, vel Relatiuum אשר τῷ בהם latenter ineſſe credendum eſt. *Rurſus accenſa eſt ira Diuina contra Iſraëlitas*, *ideo quod*

quod inter illos fuerunt, qui incitarent Dauidem dicendo: abi, numera Iſraëlem & Judam. Incitantes citra dubium fuerunt Principes & optimates populi, non ſolum populi felicitate & luxu ſed & diaboli inſtinctu ad ſuperba illa conſilia perducti. Ita locum merito interpretamur, quia alioquin nulla adjungeretur iræ Diuinæ cauſa, quod nec probabile, nec mori Scripturæ S. conueniens. Plus difficultatis habere videri poſſit locus Rom. I, 26. 28. Sed Verbum παραδίδωμι ſæpius ſignificat *tradere in vincula, tradere ad ſupplicium*, Matth. IV, 12. XXVI, 21. Act. III, 13. 2. Petr. II, 4. & Præpoſitio εἰς ſæpe idem eſt, quod *ob* vel *propter*, cujus ſignificatus quam plurima Lexicographi ſuppeditant exempla, qualia ſunt: εἰς δυσγένειαν αὐτῷ λοιδορούμενος (e); οὐ μὲν γάρ τι κακῷ εἰς ὦπα ἐώκει (f); γεγονότες ἐπιφανεῖς εἰς κακίαν (g). Et quis neſcit, Præpoſitionem εἰς ſæpe loco τοῦ ἐν vſurpari? Quæ Præpoſitio Rom. I, 24. DEVM quidem

(e) Plutarch. (f) Homer. Odyſſ. 10.
(g) Plutarch. in Demetr. & Anton.

dem omni liberat culpa. *Itaque & tradidit DEVS illos morti in cupiditatibus animi ipſorum*, v. 32. In eam tamen maxime propendeo ſententiam, Rom. I, 26. πάθη eſſe pœnas ἀτιμίας, & ἀδόκιμον νȣ̃ν ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα v. 28. eſſe inſipientiam in rebus hujus ſeculi, vt facerent, quæ ad euitationem malorum pœnæ non quadrabant. Sane non tradidit illos DEVS, vt replerentur omni injuſtitia: ſed tradidit omni injuſtitia repletos, v. 29. Hæc igitur præcipua arbitramur eſſe Sacri Codicis loca, in quibus DEO peccata hominum tribui ſuſpicari poſſint incauti. Nam quod Annotator in illis quoque numerat 2. Theſſ. II, 11. 12. neminem valde turbare poteſt. Nimirum Paulus hic illico verborum ſuorum tam luculentus eſt interpres, vt nulla alia interpretatione opus ſit. Quid enim πλάνη, niſi τὸ πιςεῦσαι ἀυτȣ̀ς τῷ ψεύδει; & quid ἐνέργεια πλάνης, niſi ἵνα κριθῶσι; *Ideo mittet*

eis

eis DEVS effectum erroris judicialem, *propterea quod crediderunt mendacio*, 2. Theſſ. I, 11. ſcilicet *vt judicentur omnes, qui non crediderunt veritati, ſed maluerunt injuſtitiam.* Ab hoc ſibi Annotator caueat judicio.

CAPVT

CAPVT XVIII.

De naſcendi Immanuelis ſignis, Jeſ. VII, & VIII.

Summaria.

Annus, quo accidit terræ motus ſub Vſia, & Paraphraſis noſtra Jeſ. VII, 8. 9. *vindicata, §.* I. *Quid ſentiendum de imploratione Aſſyrii ab Achaſo facta §.* 2. *Signorum plurimorum Jeſ. VII. & VIII. coagmentatio §.* 3. *Gen. XLIX,* 10. *non ſpectari regnum Herodis, nec Herodem fuiſſe ortu Judæum, §.* 4. *Verus ſenſus vaticinii Gen. XLIX,* 10. *§.* 5. *Jeſ. VII,* 16. *non intelligi derelictionem perpetuam vel vltimam, ſed primam poſt captiuitatem Babylonicam, §.* 6. *Intelligi ibidem derelictionem Syriæ authore Pompejo, & Samariæ extincto Herode, ſimulque prædici accelerandum CHRISTI ex Aegypto reditum, §.* 7.

§. I.

Triſte quidem ſeueritatis Diuinæ in incredulos exemplum jam olim conſtitutus eſt populus Ephraim, cum anno Mundi 3765. irruptione Aſſyriorum frangeretur. Clariſſima ejus rei prædictio Jeſ. VII, 8 ſeq. magnum eſt Chronologiæ noſtræ κειμήλιον: cujus

cujus etiam jubar Annotatoris ſententiam de adhibita hic neſcio qua terræ motus epocha adeo proſtrauit, vt eam non amplius auſus ſit defendere. Tot ſcilicet argumentis, quæ ipſi oppoſui (h), alto ſilentio præteritis ad calculum tantummodo Tabulæ ſuæ Chronologicæ prouocat (i), quæ quidem dudum omnem fidem perdidit. Nos vt terræ motum ſub Vſia A. M. 3702. accidiſſe ſatis euicimus: ita hujus rei veſtigium etiam deprehendere nobis videmur in Chronologia veterum Hebræorum, qui annum illius motus fuiſſe vigeſimum quintum Vſiæ tradiderunt, teſte Hieronymo (k). Nam idem annus Mundi ſecundus fuit vigeſimus quintus epochæ exitus ex Aegypto (l) Liphrat katon, facile confundendus cum annis Vſiæ. Annotator tamen, vt diſſimularet, quam ſibi in anno Jeſaiæ ſexageſimo quinto hæreat aqua, noſtras di-

X ſto-

(h) Defenſ. p. 106 ſeq.
(i) p. 65.
(k) Comment. in Cap. VII. Jeſ. T. V. Opp. Francof. p. 30.
(l) 3702 — 2777 = 925.

ctorum Propheticorum illi anno innexorum interpretationes variis contentionibus oppugnare decreuit. Paraphraſin meam Jeſ. VII, 8. 9. prorſus eſſe coactam perhibet ob identidem ſubintellectum יהיה (m). Sed in quæſtione eſt, num in vllam linguam inferat aliquid coacti, ſi Verbum pluribus Nominatiuis adhæreat, omittere repetitionem Verbi ad Nominatiuos ſingulos? Præterea Paraphraſis noſtra neceſſario nititur nexu antecedentium & conſequentium, quæ manifeſte alloquium pariter ac ſignum ejusmodi paracleticum & poſtulant & admittunt, quo immanis ille poſterorum Dauidis, vltimum exitium metuentium terror v. 2. quam citiſſime ſedaretur. Quis affirmabit, ſignum ad hunc finem obtinendum magis idoneum dari potuiſſe, quam quod legitur Jeſ. VIII, 1 ſeqq? Quis negabit ſummam verborum Jeſ. VIII, 4. cum Paraphraſi noſtra conſpirationem? Quis igitur credet, DEVM aliud ſignum Jeſ.

(m) p. 67.

Jeſ. VII, 11. 14. obtuliſſe & promiſiſſe, ac quod ipſe pro neceſſario duxit v. 9. & proximo tempore dedit.

§. II.

At Annotator illa primum ideo reiicienda eſſe cenſet, quod Jeſaias exoptatum hac ratione euentum propoſiti Regis Aſſyriæ auxilium implorandi, quod DEO vel maxime diſplicuiſſe putat, prædixiſſet (n). Sed ne dicam, quam infirma hæc ſit conſecutio, cum Prophetæ haud raro proſpera impiorum fata nunciarint, male implorationem ab Achaſo factam cauſam conſtituit principalem expeditionis Aſſyriæ, ſine dubio futuræ, etiamſi Regis Aſſyriæ auxilium nunquam imploratum fuiſſet. Nec vllo argumento veriſimile reddidit, implorationem illam per ſe, per ſe inquam, hoc tempore DEO diſplicuiſſe. Nam 2. Reg. XVI, 5. & 2. Chron. XXVIII, 16. (o) ne γϱὺ quidem extat, vnde diſpli-

(n) Hypotyp. p. 65.
(o) Hæc loca objicit Author Annotat. p. 66.

plicentiam Diuinam colligere poſſis: & Jeſ. VIII, 12. non fœdus Achaſi cum Aſſyrio, ſed fœdus Rezini cum Pekacho, quod populus incredulus tantopere exaggeratum impie timebat, deſignari, cohærentia loci luculenter docet. Quod autem attinet ad locum 2. Paral. XVI, 7. nec is ad præſentem controuerſiam quadrat. Nam aliud eſt, poſt tot mirabilia auxilii Diuini ſpecimina auxilium Regis impii implorare, a quo DEVS nullum auxilium promiſit: aliud beneuolentiam Regis ethnici captare poſt promiſſum Diuinitus ab eo auxilium. Poſterius DEO per ſe diſplicere nequit, cui potius diſplicuit, quod Zedekia Nebucadnezaris opem poſt ejus gratiam & beneficentiam Diuinitus promiſſam implorare recuſauit, Jer. XXVII, 12. 13. XXXIV, 4. 5. XXXVIII, 2. 17 ſeqq. Accedit, quod auxilium Aſſyrii non idcirco ſubodioſum exiſtimari debet, quia DEVS irruptionem quandam Aſſyriorum in terram Judæ ſimul minatus eſt Jeſ. VII, 17 ſeqq. VIII, 8. Hæc enim irruptio poſt

136. annos demum facta, vt prænunciata eſt etiam, ne Juda nimiam poſtea in Aſſyrio collocaret fiduciam, ita reſtitutionis ſpem non præcidit, & ſeria populi pœnitentia, quam quidem DEVS ipſo illo ſigno contra hoſtes benigne dato vt cum maxime quæſiuit, facile auerti potuiſſet.

§. III.

Igitur ſignum proximum, cujus datio Jeſ. VII, 14. ita promittitur, vt ſit huic commati proprium, non eſt niſi filius Jeſchajæ hoc ipſo anno 65. adhuc naſcendus, VIII, 1. Signatum autem non ſolum eſt ruina quæ inſtabat, Damaſci & Samariæ, VII, 7. 8. 9. VIII, 4. ſed &, ea intermedia, partus virginis, cum connexis VII, 14 ſeqq. Annotator, *Falſum eſt*, inquit (p), *partum virginis pro ſignato heic accipiendum eſſe; ſignum enim nominatur, & cum ſigni promiſſione immediate conjungitur.* Sed vt prius probatione caret: ita ſignatum etiam ſigno additur quam proxime Gen.

 IV,

(p) p. 97.

IV, 15. Deut. XIII, 1. 2. Jud. VI, 17. 2. Reg. XX, 8. 9. Enimuero Annotatori, quo minus hic veritati cedat, magnum impedimentum infert partim minus accurata ſignorum in Sacris dijudicatio, partim opinio minus ſtabilis de ſenſu vaticinii Jacóbæi, Gen. XLIX, 10. Signum proprie dictum, quantum quidem ego perſpicio, eſt res naturæ vires ſuperans, qua DEVS modo ſe authorem operis vel enunciati probat & confirmat, modo juſtitiam vel bonitatem ſuam demonſtrat. Itaque ſigna in duo genera diſpertimus, ad quorum prius referenda quoque ſunt euenta, antequam ab vlla mente creata vllo modo cognoſci aut inueſtigari potuerunt, prænunciata, tametſi euenta ipſa naturæ vires non tranſcendere videantur. Cum autem non ſolum futura, ſed & præſentia ac præterita in Verbum DEI cadant, caute laudandus eſt Annotatoris canon (q), ſigna, quæ vocat, confirmatiua ſemper præcedere rem, cui

(q) Hypotyp. p. 130.

cui confirmandæ adhibentur. Quemadmodum DOMINVS prædicationem Euangelii ſequentibus ſignis confirmauit Marc. XVI, 20: ita DEVS etiam promiſſionis complementum ſignis poſtea demum accedentibus confirmare poteſt. Sic forma filii Jeſchajæ præmonſtrata DEVS confirmauit dicta de inſtanti ruina Damaſci & Samariæ; forma illa, ruina illa, & prædicta captiuitate Babylonica confirmauit dicta, quæ ſimul præclariſſima contra præſentem poſterorum Dauidis metum argumenta complectebantur, de partu virginis & ſequentibus; adjecta ad abolitionem ſedis regiæ Damaſcenæ abolitione ſimili ſedis regiæ Samaritanæ confirmauit dicta de partu virginis, vt nuperrime facto, & de vaſtatione extrema Hieroſolymæ, vt re appropinquante; partu quoque virginis confirmauit dicta de abolitione illa ſedis regiæ Samaritanæ, vt proxime inſtanti. Hæc Annotator eo minus in dubium vocare poteſt, quia ipſe fatetur (r), vnum idemque ſignum multi-

 pli-

(r) Hypotyp. p. 78.

plicem nonnunquam reſpectum admittere, & ad plures ſignorum claſſes referendum eſſe. Cur igitur negat, dari ſigna ſignorum, quæ iterum atque iterum ſigna eſſe poſſint? Num ejusmodi miraculorum coagmentationem & contextionem majeſtate aut bonitate DEI cenſet indignam?

§. IV.

Venio nunc ad locum Gen. XLIX, 10. vbi non moleſtum ſit oſtendi, quam ſenſus, quem ei tribuit Annotator, a veritate rei, a proprietate literæ & a diſtributione ſermonis per Athnachum ſignificata ſit alienus. שבט ille pro ſceptro regio habet, & סור idem eſſe putat ac recedere ſine vlla ſpe reditus. At verba: *ſine vlla ſpe reditus*, additamentum ſunt, quod Lexicon non ſubminiſtrat; nullum enim vidi, quod voci סור hunc ſignificatum peculiariter ſubjiciat, ita vt receſſus temporarius excludatur. Et cur Jacobus non ait לא יסור לנצח? Non meliora profe-

ret,

ret, qui ſenſum eſſe dixerit: *Recedet quidem ſceptrum, ſed non continuabitur receſſus.* Quomodo non tam ereptio quam reſtitutio ſceptri prædiceretur, quam & tempore Ariſtobulorum & Alexandri, Regum Judæorum, quin Regum ſeculi duodecimi Hieroſolymitanorum factam eſſe objicere poſſent diſſentientes. Certum eſt, ſceptrum regium penes tribum Judah non niſi 477. annos fuiſſe, & a ſceptro illo ipſi erepto vſque ad primum regni Herodis annum effluxiſſe annos 560. Qualis hujus ſummæ & annorum Herodis, ſub quo ſceptrum reſtitutum judicat Annotator, eſt proportio? Miſera reſtitutio, quæ ad tam paucos annos facta; miſera reſtitutio, quæ inuito populo & authore hoſte populi facta. Certum quoque eſt, argumenta, quibus Annotator, Poſſinus, aliique probare conati ſunt, Herodem ortu fuiſſe Judæum, imo ex tribu Juda oriundum, id non efficere. Præponderantur illa longe multumque authoritate Joſephi, Africani, ſcriptoris judice Euſebio haudquaquam vulgaris,

 ipſi-

ipſius Euſebii (s), Epiphanii (t), aliorumque Patrum contradicentium. Joſephus quidem ſequentia etiam memoriæ prodidit (v): *Judæi* Cæſaream incolentes, *primas ſibi deferri volebant, quod Rex illorum Herodes, Cæſareæ conditor, gente fuerit Judæus: id Syri non inficiabantur.* Sed hæc non adverſantur loco ejusdem ſcriptoris, vbi patrem Herodis fuiſſe Idumæum contra Nicol. Damaſcenum defendit (x): nam non omnes gente Judæi tales fuerunt ortu, quandoquidem gens etiam proſelytos complexa eſt. Idem Joſephus teſtatur (y), Idumæos inde a deſtructo Templo Garizim in Judæis habitos eſſe. Patrem autem Herodis ex tribu Juda fuiſſe oriundum, ne quidem Nicolaus Damaſcenus Judæis perſuadere voluit. Quippe hæc ſunt Joſephi verba: Νικόλαος μέντοι φησὶν ὁ Δαμασκηνὸς, τοῦτον εἶναι γένος ἐκ τῶν πρώτων Ἰουδαίων, τῶν ἐκ Βαβυλῶνος εἰς τὴν Ἰου-

(s) Hiſtor. Eccleſ. Libr. I. Cap. 6. 7.
(t) Hæreſ. 20. Opp. p. m. 45 ſeq.
(v) Antiqu. Libr. XX. Cap. 8. p. 973. edit. Haverc.
(x) Antiqu. Libr. XIV. Cap. I. p. 683.
(y) Libr. XIII. Cap. 9. p. 659.

Ἰουδαίαν ἀφικομένων. Ταῦτα δὲ λέγει χαριζίμενος Ἡρώδῃ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, βασιλεῖ τῶν Ἰουδαίων ἐκ τύχης τινὸς γενομένῳ. Vbi omnibus patere arbitramur, Judæos hic non ſolos denotare populares ex tribu Judæ oriundos, cum nemini non conſtet, poſt captiuitatem Babylonicam omnes Iſraëlitas, cujuscunque tribus fuerint, illo nomine appellatos eſſe. Denique, quod caput rei eſt, Athnachus terminum τοῦ שבט non ſolum conſtituit aduentum Meſſiæ, ſed & factam ad ipſum congregationem gentium.

§. V.

His probe expenſis ad ſequentem inclinati ſumus loci explicationem: *Non recedet tribus*, ratio tribus diſtinctæ vel nota diacritica, *a Juda*, vt deſinat eſſe tribus ſeparata, *nec hodegus*, Dux, tribunus, ἄρχων tribus, *a via pedum ipſius*, *antequam* inde, ex Juda, *venerit Schilo & huic ſit congregatio gentium.* Quis ſcilicet neſcit, DEI populum in duodecim tribus fuiſſe diviſum? Singulis quoque præfuit ἄρχων, Num. VII, 2 ſeqq. ſcipione tribunitio ornatus

tus Num. XVII, 6. XXI, 18. (z) quin inſuper nomine διδασκάλȣ honoratus, Joh. III, 1. 10. Pſalm. LXVIII, 28. Atque hæc populi Judaici in tribus diuiſio perſtitit vſque ad excidium Hieroſolymæ vltimum, Matth. IV, 13. Luc. I, 5. II, 3. 4. 36. Philipp. III, 5. Hebr. VII, 14. quod tribuum adhuc durans confuſio excepit. Illo autem tempore CHRISTVM jam veniſſe, & multas ipſi jam nomen dediſſe gentes, demonſtratione non indiget. Itaque vaticinium Jacobi & Diuina prorſus luce lucere, & quam clariſſime impletum eſſe videmus. Qui plura de eo ſcripta legere cupit, euoluat eruditam prorſus Viri Doctiſſ. Nicolai Kœppen, in multis quidem a nobis diſſentientis, attamen & quadantenus nobiscum conſpirantis, Diſputationem *de Imperio a poſteris Judæ ante Aduentum CHRISTI nec auferendo nec ablato* (a); item Hen-

(z) Conf. ad h. l. Henr. Bened. Starckii Notæ ſcl. vbi cum Rauppio, *Scipiones*, inquit, *erant ſignum imperii & poteſtatis.*

(a) Gryphiswald. 1729.

Henrici van Heymenberg in Gen. XLIX, 10. Commentarium haud contemnendum (b). Obiter notamus, nomine *Schiloh* annum mortis CHRISTI ſecundum epocham Seleucidarum ſ. Contractuum (c), & ſummæ annorum 2254. a morte Jacobi vſque ad obſidionem vltimam Hieroſolymæ elapſorum numeros minores voce ומחקק, millenarios quoque reliquis prioris Hemiſtichii verbis contineri, ſed duplicato שבט, vt maxime emphatico.

§. VI.

Ex hisce intelligitur, oraculum Jacobæum non juuare ſententiam Annotatoris perhibentis Jeſ. VII, 16. האדמה denotare terram tribus Judæ & Benjamin, & שני מלכיה Hoſeam, vltimum decem Tribuvm Regem, atque Herodem Magnum. Quam abſonum autem eſt, Reges terræ Judæ vocari, quos nec jus nec factum vnquam

(b) Prodiit Tot Vtrecht 1695. ſub Tit. *De Komſte van de Schiloh, ter beſtemder tiid voorgefallen.*

(c) Nam שילה = 345. & 4196 + 345 = 4541.

quam tales conſtituit? Facile quoque in voce קץ apparet reſpectus ad vocem נקיצנה v. 6. qui indicat, אשר ante קץ eſſe idem quod מאשר. *Derelicta iterum erit terra illa, vnde tu tædium accipis, a præſentia duorum Regum ipſius.* At Achaſus non a terra Judæ, ſed hæc non ſecus ac ille a terra Rezini & Pekachi tædium accepit. Et cur Annotator non dicit, duos Reges illos eſſe Zedekiam & Ariſtobulum ſecundum, vel Herodem & qui vniuerſam ejus regionem, ipſamque Samariam, per vltimum vitæ triennium poſſedit, Agrippam Magnum? Nonne ea ratione prorſus ambigua & incerta redditur præſentis Meſſiæ ſignificatio? Vt vero hunc ſcopulum eo magis vitemus, non erubeſcimus rejicere priſtinas noſtras cogitationes de perpetua & irreparabili derelictione Syriæ & Samariæ a præſentia Regum. Quid enim nos cogit eam ſtatuere perpetuam atque vltimam? Derelictionem morte Rezini & Pekachi factam intelligere prohibet nexus ſermonis, & quod mortes illæ non Imma-

nue-

nuelis, ſed Maherchalalchaſchbaſi natalem ſubſequi debuerunt, v. 4 ſeqq. VIII, 4. Sed & comparatio v. 15. & 22. docet, Immanuelem numerari in הנותרים בקרב הארץ poſt captiuitatem Babylonicam, quorum cibus butyrum & mel ob terram tunc minus habitatam, quam tempore Achaſi, quo multitudo incolarum ac commerciorum faſtigium adeo auxit mellis & præcipue butyri pretium, vt in cibis vulgaribus non haberent locum. Ergo ſedem regiam, qua antequam Immanuel butyro & melle veſceretur, terra Syriæ & Samariæ nudanda, non niſi poſt captiuitatem Babylonicam quæri oportet: nec aliam innuit Jeſchaja derelictionem terrarum illarum a præſentia Regum niſi captiuitati Babylonicæ proximam.

§. VII.

Quænam autem fuit quæſo prima poſt hanc captiuitatem derelictio Syriæ a præſentia Regis? Nonne quam Pompejus importauit, Syriam in Romanorum redi-

redigens poteſtatem? Et quænam fuit prima poſt captiuitatem Babylonicam derelictio Samariæ a præſentia Regis? Nemo dicere poteſt, eam accidiſſe, cum Pompejus Hieroſolyma capta Ariſtobulum ſecundum, Regem Judæorum, victum & vinctum Romam mitteret: nam Ariſtobulus iſte Samariæ non imperauit. Hyrcanus Samariæ integro anno obſeſſæ expugnatione non contentus eam etiam ſolo æquauit, ductis illo torrentibus, quorum eluuie ita cuncta fœdata ſunt, vt ne veſtigium quidem vrbis vllum retineret, teſte Joſepho (d). Herodes demum addita regno ipſius ab Auguſto etiam terra Samariæ, vrbem illam reædificauit, ſumme ornauit, & præſentia ſua inclytam reddidit. Joſephus, *In Samaria*, inquit (e), *Sebaſte appellata, ad hunc modum ægrotabat.* Ergo prima poſt captiuitatem Babylonicam derelictio Samariæ a præſentia Regis ſui incidit in mortem Herodis Magni. Eam vero

(d) Antiqu. Libr. XIII. Cap. 10. p. 661.
(e) Libr. XV. Cap. 7. p. 763.

vero præcedere debuit derelictio Syriæ, quo DEI populo ſatis temporis eſſet ad præparandos Immanueli animos, vt ſummo nunc in primis deſiderio expectaretur, & omnium maximo gaudio tandem reciperetur. Nam poſt derelictionem Syriæ a præſentia Regis ſui facile conjectura aſſequi potuerunt pii, qualis rebus Herodis a DEO deſtinatus exitus. Non ſolum autem morte Herodis Aduentus Filii DEI in carnem ſignificandus, ſed & ipſius reditus ex Aegypto maturandus erat. Hoc indicat Particula כי Jeſ. VII, 16. quæ hic omnino cauſam commate præcedente dictorum aperit. Quippe ſi Herodi diuturnior fuiſſet vſura vitæ, diuturnior etiam fuiſſet CHRISTI commoratio in Aegypto, nec is hoc pacto tam cito lacte & melle nutriri potuiſſet, quia non Aegyptus ſed terra Canaan harum rerum ferax. At nutritus eſt iis in terra Canaan, ex quo bonum & nociuum diſcernere cœpit, quia Rex nutritui illi obſtans, antequam Immanuel bonum & nociuum diſcerneret, e medio ſublatus.

CAPVT XIX.

De rebus Herodis & vtroque Aduentu CHRISTI in Libro Habakuk & Jeſ. XXX.

Summaria.

Herodes latens ſub גבר יהיר *Hab. II, 5. voceque* חרד *Jeſ. LXVI, 2. 3. & Arbaces ſub Rege Jareb Hoſ. V, 13. §. 1. Habak. I, 6 ſeqq. non prædici vaſtationem Judææ per Nebucadnezarem §. 2. Caput I. Habak. totum ſpectare ad tempora Noui Teſtamenti §. 3. Vterque aduentus CHRISTI confirmatus, & inter prioris characteres notata Herodis aſtutia, ſuperbia atque auaritia, Hab. II, 1 — 6. § 4. Hieroſolymæ excidium vltimum; & Herodis conſilia pudenda ac truculenta, ſumtus immenſi in tot ædificationes, abuſus conuiuiorum ad paricidia, idololatria, Hab. II, 7 ſeqq. §. 5. Aduentus CHRISTI poſterior Hab. III. §. 6. Cædes puerorum Bethlehemiticorum, mors Herodis, annus, annique pars & ipſe fere dies reditus CHRISTI ex Aegypto, Jeſ. XXX, 25. 26. prædicta §. 7. Rationes temporum noſtræ cum hac Prophetia mire congruentes, præſertim plenilunii æquinoctialis, cui prima patefactio CHRISTI in Templo innexa, §. 8. Vaticinium de poſteriori CHRISTI aduentu Jeſ. XXX, 27 ſeqq. §. 9.*

§. I.

Digitized by Google

§. I.

Quilibet Saluatoris ſui ſuper omnia amator & cultor gaudebit prædictum tam accurate ipſum articulum temporis natalivm Ejus. Hujusmodi autem prædictionum plures forſan Scriptura S. complectitur, quam multi rentur. Nec forſan Lectori Beneuolo, vt facilius de eo exiſtimare poſſit, ingratum erit, communicari hic meditata mea in Prophetam Habakuk & locum Jeſ. XXX, 25. 26. Quid, ſi dicam, ſub גבר יהיר Habak. II, 5. latere Herodem? Mirum ni ſunt, quibus id paradoxum videatur. Attamen præcipua pars nominis Herodis voce *Jahir* continetur, præſertim vt nomen illud exprimunt Græcorum η & ι eadem pronunciatione efferentes, & Syri, a quibus iſte Rex vocatur *Hiraudis*. Jod etiam Hebræorum haud raro vocabulis excidit, quomodo Jaakan 1. Chron. I, 42. idem qui Akan Gen. XXXVI, 27. & Jaaſiel 1. Chron. XV, 18. idem qui Aſiel v. 20. Ita Rex *Jareb* Hoſ. V, 13. X, 6.

non eſt, niſi *Arbaces*, Rex Aſſyriorum, qui A. M. 3682. regnum iniit, & viuere potuit vſque ad magnum illud interregnum in Iſraele poſt mortem Jerobeami II. *Etſi pro illo*, ne pereat, *Aſſuri aſſeretur munus*, quod *Regi Arbaci* quondam oblatum, Hoſ. V, 13. VIII, 6. En obſeruationem, quæ & Chronologiam noſtram confirmat, & in interpretatione Libri Hoſeæ magno vſui eſt. Non tamen Jahir vt Jareb nomen Viri Proprium eſſe ſtatuimus, ſed ei tantum ſubeſſe ſimul reſpectum ad nomen Herodis. Quod & de voce חרר Jeſ. LXVI, 2. 3. dici poſſet: vbi DEVM ædificationem Templi ab Herode factam, ejusdemque Templi conuerſionem in ſpeluncam latronum Luc. XIX, 46. improbare, non dubitamus aſſerere; conſentiente, quod ad ædificationem attinet, Campegio Vitringa (f).

§. II.

Interim de hisce exponere non ſuſtinerem, ſi ſententia noſtra non ſubnixa eſſet

(f) Commentar. in Jeſ. P. poſter. p. m. 925.

eſſet argumentis firmioribus: quæ tamen non denegabit Habakuk rite interpretatus. At ſi rite interpretatum exhibere placet, non deſerendum eſt filum Prophetiæ, non deſerendus ductus Pauli Apoſtoli. Apoſtolus ſcilicet verba Habak. I, 5. profert vt implenda tempore Judæorum, apud quos concionabatur, Act. XIII, 40. 41. Quod pro nuda accommodatione, vt vocant, habere vetat periculum ex hoc aſylo maximum, alibi (g) jam a nobis pluribus demonſtratum. Errant igitur, qui Habak. I, 6 ſeqq. prædici putant vaſtationem Judææ per Nebucadnezarem: quamuis & hoc ipſis adverſetur, quod attributa faciei hoſtium cupido abſorbendi dicitur directa ad Orientem verſus v. 9. quæ profecto male quadrant in Babyloniam, Orienti propiorem Judæa. Noui quidem Abarbenelis explicationem, quod Chaldæi anhelauerint cum præda ſua, quam rapuerant, in ter-

(g) Biblioth. Lubec. Vol. I. p. 31 ſeqq.

ram ſuam reuerti (h). Sed Hab. I, 9. adventus hoſtis demum indicatur, non reverſio: nec qui patriam anhelant, ideo anhelant, vt abſorbeant. Fefellit interpretes opinio, quia Habakuk v. 6. mentionem facit de Chaldæis, idcirco in toto hoc Paſuko æque ac in ſequentibus non niſi deſcriptionem Chaldæorum quærendam eſſe. Fefellit, inquam: nam ſi res ita ſe haberet, Athnach procul dubio appareret in voce הכשדים, & Sakeph major Silluci in והנמהר. Quod cum ſecus inueniatur, relinquitur, vt ſit ſenſus loci: *Nam ecce ego excito, quales Chaldæi* fuerunt, *gentem quandam, amaram quandam & præcipitem quandam, κ. τ. λ.* Quomodo etiam intelligenda verba Mal. III, 23. *Ecce Ego mitto vobis, qualis Elia* fuit, *Prophetam quendam*, Luc. I, 17. ſicut eo collineat ſignificatus Particulæ את, quem Noldius (i) exprimit Præ-

(h) Vid. Animaduerſiones ipſius in Prophetiam Habakuk, inſertas Johannis Meyeri Commentario in Seder Olam, p. 1047.

(i) Concord. p. 120 ſeq.

Præpoſitionibus *præ*, *præter*, & *ſecundum*, 1. Reg. XVI, 22. XI, 25. Exod. I, 14. 2. Reg. XXII, 16. Hagg. II, 5. Itaque Chaldæi non deſignantur vt hoſtes futuri, ſed hi cum illis comparantur, vt adhuc incogniti cum dudum cognitis. Vnde facile colligitur, quo tempore ſcripſerit Habakuk, & immerito male audire ſententiam Hieronymi (k), plurimorumque veterum, ab Hebræis (l) acceptam, quod Propheta hic vixerit poſt captiuitatem Babylonicam.

§. III.

Quanta jam lux exoritur, ſi ſecundum has prænotiones explicetur Caput I. Prophetæ? Statim initio v. 2. 3. Eccleſia primitiua Noui Teſtamenti habet querimoniam de Judæorum incredulorum iniquitate, violentia & contentione aduerſus ſe & Euangelium, Act. XIII, 45. 1. Theſſ.

(k) Opp. Tom. VI. p. 145.
(l) Vid. J. F. Breithaupti Joſeph. Hebr. p. 35. & conf. Joh. Schmidii Comment. in Prophetas min. p. 1042.

II, 14. 15. 16. Itaque DEVS illis *καταφρονηταῖς* Act. XIII, 41. primo indicit jacturam Euangelii v. 4. *Propterea ceſſabit Lex*, doctrina Verbi Diuini vera, *nec exibit*, *in ſempiternum*, *judicium*, non continuabitur ſine fine prædicatio pœnitentiæ in Judæa, Gen. VI, 3. *Quia impius circumcingit juſtum*, CHRISTVM ejusque membra, conuitiis, infectationibus, vinculis, quin ipſa martyrii corona: *ideo diſcedet judicium*, ideo diſcedet prædicatio Euangelii *a peruerſo* loco & populo, Act. XIII, 46. Quippe Tiphcha prohibet vocem מעקל conjungere cum משפט, vt hujus Adjectiuum: & poſt Verbum יצא quandoque omitti Præpoſitionem מ, docent loca Gen. XXXIV, 24. Job. XXIX, 7. Minatur deinde DEVS v. 5 ſeqq. incredibilem illam calamitatem, quam Judææ & Hieroſolymæ intulerunt Romanorum aquilæ v. 8. & præcipue expugnationem Hieroſolymæ extremam ſub Tito Veſpaſiano, v. 10. At licet populus Romanus ſatis perſpectum haberet, felicitatem, qua in delenda Hieroſolyma

vſus

vſus fuerat, vnice a DEO Chriſtianorum profectam eſſe: poſtea tamen eam idolis ſuis tribuens, Chriſtianos omni crudelitate lacerauit & diris ac funeſtis cladibus afflixit, eoque ipſo preces illas iis expreſſit, quæ v. 12 ſeqq. perſcriptæ. *Mox mutauit* Roma *animum & tranſiit* ad Judæos, *ac* eadem ratione, qua Judæi, *deliquit* in Chriſtianos: *Hæc potentia ejus*, vt opinatur, *a DEO ipſius*.

§. IV.

Cæterum vt Propheta Eccleſiæ DEI, cum ante CHRISTVM natum ex oppreſſione Herodis & quæ multorum animos occupauerat vana Templi ab Herode ornati fiducia haud parum turbatæ, tum poſt CHRISTVM natum tot & tantis afflictionibus obnoxiæ, omnium optima daret ſolatia, Cap. II, 1. 2. 3. vtriusque aduentus CHRISTI promiſſionem præſtituto tempore impletum iri, tam certum eſſe, quam quod certiſſimum, per tabulas publicas omnibus ſignificauit & maxima affirmauit

 aſſe-

aſſeueratione. *Si morabitur*, inquit, Meſſias, *expecta illum* eo magis: *quia* ἐρχόμενος in carnem, & die Purificationis Mariæ ad Templum Cap. II, 20. ἥξει etiam die extremo, vt ſuos a morte eripiat & omni malo, καὶ ὀ χρονιεῖ, Hebr. X, 37. At de vnoquoque CHRISTI aduentu plura ſeparatim propoſiturus Habakuk, corruptos Herodis mores, ſcelera & exitium, vna cum appropinquante ob communionem criminum vltimo Hieroſolymæ excidio, prioris aduentus CHRISTI conſtituit characteres. Proinde initio inuehitur in Herodis aſtutiam, ſuperbiam & auaritiam v. 5. 6. *Ecce qui proripit ſeſe inde*, ſcil. a Venturo, *non rectum agnoſcet anima Ipſius in illo. Multo minus, cum vino fallit, vir ſuperbus quieta* aut diuturna *habitatione fruetur: qui dilatavit ſicut infernus animam ſuam, & qui ſicut mors, vt non ſatietur.* Accuratius certe Herodes depingi non potuit: nam quot is vino non fefellit? Ipſum Auguſtum, Romanorum Imperatorem, hoc modo fefellit, redeuntem ex Aegypto omni regia magnifi-

ficen-

ficentia excipiens, exercitui quoque omnem exhibens hoſpitalitatem, & rerum ad victum accommodarum copiam. *Quin & ſqualida ac inaquoſa loca tranſeuntibus nihil deeſſe paſſus eſt, non VINVM, non aquam; adeoque ſatisfactum eſt omnibus, vt luculentius quam pro ejus regni facultatibus tractatos ſe faterentur.* Memoriæ id proditum eſt ab Joſepho (m), qui & de illius ſumma arrogantia & auaritia hoc teſtimonium ſcriptum reliquit (n): *Eo, quod honoris eſſet cupidiſſimus, & totus huic affectui deditus, incitabatur ad magnificentiam, ſicubi ſpes eſſet aut in præſens laudis, aut in poſterum memoriæ: quare quod eſſet ſupra facultates ſumtuoſus, ſubditis aſper & iniquus eſſe cogebatur. Nam cum aliis plurimum largiretur, neceſſe erat id aliquando ab aliis male quærere: ſibique conſcius, quod ſubditorum in odium incurrerit ob injurias illis factas, contra nitebatur, ex illorum maleuolentia captans occaſionem ſuas au-*

(m) Antiqu. Jud. Libr. XV. Cap. 10. p. 527 edit. Ittig.

(n) Libr. XVI. Cap. 9. p. 560 ſeq.

augendi facultates. Familiares, ſi quis ad ejus voluntatem non loqueretur, ex impotentis animi effrenatione cognatos ſimul & amicos perſequebatur, iſtiusmodi in ſe peccata admittens, quod ipſe ſolus honorari vellet. Quam vehementi autem hujus rei deſiderio teneretur, teſtimonio ſunt iſti honores, quos Caeſari & Agrippae aliisque amicis deferendos curauit. Quemadmodum enim praeſtantiores colebat ipſe, ita & ſibi fieri volebat.

§. V.

Qui porro in hoc Capite ſermonis viciſſitudinem penſi habuerit, facile perſpiciet, dictis de Herode bis interponi dicta vrbi Hieorſolymae, v. 7. 8. 17. vbi verba: *vrbs cum omnibus habitantibus in ea*, in Caſu Vocatiui accipienda eſſe exiſtimo. *Violentia Libani*, vis Libano ferro & igne illata, *operiet te*; *& vaſtatio beſtiarum*, vaſtatio feris receptacula ſubminiſtrans Jeſ. XXXII, 13. 14. XIII, 20. 21. 22. vel *ipſas terrebit* feras: idque fiet *propter* effuſum

ſan-

ſanguinem innocentem *hominum & violentiam* ac crudelitatem incolarum & in primis procerum *terræ*, *o Vrbs*, modo בכור Herodis vocata, *& omnes habitantes in ea*! v. 17. Inter hujusmodi comminationes exprobrantur Herodi præter faſtum & auaritiam conſilia pudenda ac truculenta contra propriam familiam, vxores, liberos, & contra magnam vim hominum, quæ, repugnante etiam conſcientia, partim executus eſt, partim exequi inſtituit, v. 10. cujusmodi conſiliorum Hiſtoria Herodis apud Joſephum magnam copiam effundit. Exprobrantur ſumtus immenſi, ex male partis in tot ædificationes, Samariæ, Cæſareæ, & præcipue Templi Hieroſolymitani, male inſumti, v. 12. 13. *Nonne, ecce, a DOMINO Zebaoth* fiet: *vt fatigentur populi*, tot homines & operarii in ædificando adhibiti, *ad ſatietatem ignis*; vt igni eo plus ſit materiæ, quo, cum mundus jam impletus prædicatione Euangelii, Vrbs abſumenda & Templum, v. 13. 14. Jer. LI, 58. Exprobratur abuſus conuiuiorum ad paricidia per-

perpetranda v. 15. 16. quod ſcelus in primis ſummi Sacerdotes, Hyrcanus & Ariſtobulus, experti ſunt; nam vtrique ex conviuio natum eſt exitium (o). Exprobratur idololatria v. 18. 19. qua quidem Herodes ſe multifariam aſtrinxit. *Deflexit a patriis moribus, & peregrinis inſtitutis antiquum rerum ſtatum ſubinde labefactauit. Pugilum ludos quinquennales inſtituit Cæſari, & theatrum Hieroſolymis ædificauit, deinde in Campo maximum amphitheatrum, vtrumque operis magnificentia conſpiciendum, ſed a moribus Judaicis alienum* (p). *Porro fecit, vt ludi Olympiaci, propter pecuniæ inopiam nominis gloriæ haud ſatis reſpondentes, majori in honore haberentur, annuos eis reditus aſſignando: &, quod ad ſacrificia aliumque apparatum, magnum celebritati honorem conciliauit. Ob hanc itaque liberalitatem fere omnium voce perpetuus in tabulas relatus erat Aganotheta* (q). Quin vt ido-

(o) Vid. Joſeph. Antiq. Libr. XV. Cap. 9. p. 525. & Cap. III. p. 514. edit. Ittig.
(p) Joſeph l. c. Cap. 11. p. 533.
(q) Idem Libr. XVI. Cap. 10. p. 560.

idololatriæ in ipſo Templo fores aperirentur, ſupra maximam portam Templi aquilam collocauit auream: quam cum non ſecus ac alia aduerſus leges patrias fabricata opera excidendam curaſſent duo Sophiſtæ, Judas Sariphæi filius, & Matthias Margalothi, doctiſſimi Judæorum, & interpretes patriæ legis præſtantiſſimi, hos & ad quadraginta juuenes cum ipſis comprehenſos partim viuos comburi, partim carnificibus obtruncandos tradi juſſit (r). Forſan Sophiſtæ illi id nominis adepti ſunt ob exceptam aſſenſu quodam vocem Magorum Matth. II, 1. 2. nam illud Sophiſtarum martyrium proxime anteceſſit Herodis mortem, proxime anteceſſit aduentum Meſſiæ recens nati in Templum, quem ideo mox poſt caſtigatam Herodis idololatriam annunciat Habakuk v. 20.

§. VI.

Poſtremo Habak. III. Aduentus CHRISTI poſterior iterum jungitur priori & ex-

(r) Joſeph. de Bell. Jud. Libr. I. Cap. 21. p. 772. & Antiqu. Libr. XVII. Cap. 8. p. 596.

explicatur pluribus. Comparatur is deſcenſui Diuino in montem Sinai v. 3. 4. 5. nec ſilentur lapſus Antichriſti orientalis v. 7. ſigna in mari vndisque, ſole & luna, v. 8. 9. 10. gentium conturbatio atque angor v. 12. ruina Romæ, quæ dicitur ראש מבית רשע v. 13. 14. 15. reſurrectio mortuorum, poſt auditam vocem CHRISTI, eaque factam commotionem ventris, labiorum & oſſium putridorum quieſcentis in die anguſtiæ v. 16. 17. *Veniet putredo in oſſa mea, at* a terra *ſubter me commouebor, qui requieſcam vſque ad diem anguſtiæ, vſque dum fiat aſcenſus* (quam translationem Accentus Tiphcha poſtulat) *ad populum,* אשר יגודנו *qui turmatim adducetur: quo tempore ficus nondum florebit, nec prouentus erit in vitibus,* Luc. XXI, 29 ſeqq. *Fallet viriditas oleæ,* quia ſcil. non amplius fructum feret, κ. τ. λ. Quibus tandem ſuccedit felicitas Vitæ æternæ, Hab. III, 18. 19. Videtur quoque tempus vtriusque Aduentus CHRISTI ſignificari verbis v. 2. *Ad opus Tuum quod attinet,* opus ſalutis generi

neri humano promiſſæ, *poſt medium* millenarii *annorum* (s) *omni impetu incboabis illud*, Filium mittens in carnem: *& poſt medium* millenarii *annorum* (t) pleniſſime *notum facies*, Filium mittens ad Judicium.

§. VII.

Sed vix illuſtrius de tempore nati CHRISTI vaticinium inueniri aut exoptari poterit, quam quod cædem puerorum Bethlehemiticorum, mortem Herodis, annum & anni partem, ipſumque fere diem, quo Immanuel a terra Aegypti redux patriæ & in hac ejus jacturam lugentibus reddendus erat, vno tenore exponit, Jeſ. XXX, 25. 26. Varias de hoc loco ſententias enarrare ſuperſedeo, nullam cognitam habens, quæ cum integritate & perſpicuitate Scripturæ S. aliisque ſanæ interpretationis Biblicæ regulis conſiſtat. Satius duco, ſenſum, qui proprietatem literæ ſectantibus ſe offert, hac ſtatim paraphraſi declarare: *At erunt* poſt fœcunditatem illam eximiam

(s) A. M. 4509. (t) A. M. 6509.

miam terræ v. 23. 24. Jer. XXXI, 12. 14. eaque adhuc durante, *ſuper omnibus montibus altis & ſuper omnibus collibus elatis* regionis, על כל רמא מִּטְלא, vt Hebræa h. l. expreſſit Chaldæus, ברמה Jer. XXXI. en altura, ſecundum Biblia Hiſpanica Judæorum Ferrarienſium, in locis editis, *riui* ſanguinis, *prouentus aquarum*, plurimarum lacrymarum profuſarum, Pſalm. LXXIII, 10. CXIX, 136. Thren. III, 48. *in die cædis multiplicis*, tempore, quo Herodes miſit interfectum pueros, quotquot Bethlehemi & IN TOTO EIVS TERRITORIO erant, infra bimatum, Matth. II, 16. tempore, quo accidit a Jeremia dictum: Auditur in excelſis lamentabilis acerbæ complorationis vox, Rachelis ſuos natos ita deplorantis, vt de eis conſolationem reſpuat, Jerem. XXXI, 15. *cum cadent Magni*, Herodes Magnus cum filiis, partim morte extincti, partim amiſſione regni paterni de gradu dejecti. Chaldæus: במפל רברבין; Sym. ἐν τῷ πεσεῖν μεγάλους, Aqu. ἐν τῷ πεσεῖν μεγαλυνομένους. Idem ſignificatus vocis

cis מגדלים locum habet Jeſ. XXXIII, 18. 19. *Cor tuum muſſitabit in timore: ubi* σοφός, Philoſophus, 1. Cor. I, 20? *Ubi expendens*, γραμματεύς, Grammaticus, Criticus, interpres? *Ubi ſcribens de Viris magnis*, συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τούτου, Hiſtoriographus, Chronologus & ſcriptor annalium? *Populum robore præditum*, qualis Stoici, oſores eloquentiæ, *non ſuſpicies: populus profundorum labii in audiendo*, qualis Platonici, eloquentiam amantes, Oratores & artem Rhetoricam exercentes, *erit tibi ridiculus lingua, in quo non intelligentia.* Sed reuertamur ad ea, quæ vt lapſum Magnorum inſecutura prædixit Jeſchaja: *Et erit lux lunæ ſicut lux ſolis*, erit tempus plenilunii æquinoctio proximi, quo haud raro luna tot fere horas illuminat noctis, quot ſol diei; *& lux* hæc *ſolis erit bis ſepties*, in loco illo Zodiaci, *poſtquam fuit lux ſeptimi annorum horum*, ſiue præſentium epochæ, quod ad centenarios attinet; lux æquinoctialis ſolis erit anni decimi quarti poſt annum 707. ideoque anni 721. ab hoc tempore: *in die,*

 quo

quo reditu Immanuelis ex Aegypto Ejusque primo in Templum aduentu *obligabit DOMINVS fracturam populi ſui, & vulnus plagæ ipſius ſanabit*, vulnus grauiſſimum, quod ei creditus Meſſiæ cum pueris Bethlehemiticis interitus inflixit. *Sic dicit DOMINVS: cobibe & vocem tuam a ploratu, & oculos a lacrymis, quoniam erit operi tuo*, quo fidem in recens natum Judæorum Regem teſtata es, *merces, inquit DOMINVS, & redibunt ex terra hoſtis. Jam adeſt expectatio poſteritatis tuæ, inquit DOMINVS; mox reuertentur filii*, Joſeph, Maria, & Rex Judæorum recens natus, in patriam ſuam, Jer. XXXI. 16. 17.

§. VIII.

Prophetias Jeſchajæ, quæ Libri Cap. XX. & quindecim ſequentibus continentur, Anno Mundi 3789. editas eſſe, in Defenſione reſtitutæ Antiquitatis oſtendimus (v). Quodſi autem annis 3788. adjici-

(v) p. 124. Conf. etiam, quæ diximus ſupra Cap. 17. p. 312.

jicias annos 721. ſecundum modo propoſita inde vſque ad Meſſiæ aduentum numerandos, emerget annus nati CHRISTI (x). Atqui Saluatorem inſtante Paſchatis Feſto natum, & die Paſchatis DOMINO oblatum eſſe, non ſolum in Chronologia noſtra Sacra (y) ob tempus emortuale Herodis & verba Luc. II, 39. probabile judicauimus, ſed etiam hanc ſententiam haud parum confirmari arbitramur locis Luc. II, 42. III, 23. Joh. II, 12. 13. ex quibus cognoſcitur, DOMINI noſtri annum triceſimum nondum fuiſſe inchoatum nona vel decima hebdomade ante Paſcha, at annum duodecimum fuiſſe jam ante Paſcha completum. Hæc igitur vt eo exploratius percipiamus, ſubuenit nobis Jeſchajæ vaticinium, patefactionem JESVli in Templo plenilunio æquinoctiali innectens. Quis enim neſcit, plenilunium illud incidiſſe in ipſum primum Paſchatis diem? Quo lucem ſolis & lunæ ejusdem ferme fuiſſe durationis, calculi

(x) 3788 † 721 = 4509.
(y) p. 398 ſeq.

culi quoque rationes noſtro more ſubductæ planum faciunt. Nam anni 4509 = 142290098172 ſec. = 55768 Menſ. Synod. + 890340 ſec. = α. α − 890340 ſec. = 142289207832 ſec. elapſis a mundo condito vſque ad diem vltimum anni 4509. incluſum. Demtis jam de hac temporis ſumma diebus 162 = 13996800 ſec. ab vltimo menſis Elul vſque ad diem 15. menſis Niſan, reſtant 142275211032 = π a mundo condito vſque ad diem 15. menſis Niſan incl. anni 4509. Cum vero quantitas menſis Periodici = 2360590 ſec. = μ, hujusque pars duodecima, ſigno Zodiaci reſpondens, contineat 196715 ſec. π diviſum per μ relinquit 60271. menſes Periodicos & 91142 ſec. ipſumque hoc reſiduvm 91142 ſec. monſtrat locum lunæ ſecundum rationes motus medii in 13 grad. 53 min. Libræ, cum ſol eſſet in vndecimo plus minus gradu Arietis. Denique π = 235243 hebd. 2. d. 19 h. 57 min. 12 ſec. Ergo Paſcha tunc incidit in feriam tertiam.

§. IX.

§. IX.

Cæterum vt Habakuk vaticinio de priori CHRISTI aduentu mox jungit vaticinium de poſteriori, ita Jeſ. XXX. idem fieri videmus: nam reliqua Capitis pars non niſi vltimis temporibus aſſignanda eſt. *Ecce nomen JEHOVAe venit poſt longinquum tempus* ab obligato illo vulnere numerandum, 2. Sam. VII, 19. *ardet ira Ejus & non niſi grauiſſima denunciat comminatio: labia Ejus plena ſunt indignatione, & lingua Ejus ſicut ignis comedens. Et ſpiritus Ejus inſtar fluuii inundans obtruncabit, ad agitandum gentes* impias *agitatione vanitatis*, qua nihil ipſis relinquetur: *& frenum ſeducentis erit ſuper maxillas populorum*, Apoc. XX, 7. 8. 9. *Tunc cantus erit vobis*, qui populus meus eſtis, *ſicut noctis inaugurandi feſti, & gaudium cordis ſicut incedentis cum fiſtula* erit vobis *acceſſuris in monte DOMINI ad petram Iſraelis. Et audiri faciet JEHOVAH gloriam vocis ſuæ, & deſcenſus brachii Ipſius videbitur in indignatione iræ & flamma ignis comedentis:*

 vide-

videbitur *diſperſio*, & *inundatio*, & *grando immanis*, Jeſ. XXVIII, 16. 17. XXXII, 19. Apoc. VIII, 7. XI, 19. XVI, 20. 21. *Nam* ab illa *voce DOMINI conſternabitur Aſſur*, gens, in cujus poteſtate tunc erit Aſſyria, *per tribum* quandam *percutiet* eum vox DOMINI. *Et erit omne vadum tribui fundationis, quam tribum faciet requieſcere DOMINVS ſuper illud vadum cum tympanis & citharis: & bellis agitationis pugnabit* tribus hæc *contra illos* Aſſyrios. *Quinimo pridem paratus eſt infernus: etiam* locus *ille Regi præparatus*; *profundum & dilatatum fecit*, qui parauit. *Rogo ejus ignis & ligna multa: flatus DOMINI*, flatus, *qui eſt ſicut fluuius ſulphuris*, *accenſurus eſt illum* rogum die extremo in cruciatus damnatorum conſummatiſſimos, Apoc. XX, 10.

CAPVT

CAPVT XX.

De Idololatria tempore Templi.

Summaria.

Proprietas literæ Ezech. IV, 4. 5. *conſtanter a nobis ſeruata* §. 1. *Excelſorum differentia, &* במה *in Gibeon aliquandiu fuiſſe locum cultus Diuini legitimum,* §. 2. *Cultum in Excelſis arbitrarium reuera idololatriam inuoluiſſe, & ſimul cum Templo in hujus profanationem exortum eſſe,* §. 3. *Incrementa idololatriæ ſub Salomone, & quantum inde Iſraëli natum ſit offendiculum,* §. 4. *Annotatoris portentoſa de diebus typicis Ezechielis opinio exploſa* §. 5. *Sub hac opinione latens violatio dignitatis Scripturæ S. & ſatisfactionis CHRISTI* §. 6.

§. I.

Sine ope Chronologiæ noſtræ explanata modo Scripturæ S. loca nunquam illi claritati reſtitui potuiſſent, qua nunc quidem ea coruſcare confidimus. Ita vero conditum a nobis temporum ſyſtema, & præcipue calculus annorum a variis initiis ad CHRISTVM natum ductus, in dies plura ſortitur fulcra: etſi pluribus vix indige-

ant, quæ dudum tot Scripturæ S. teſtimoniis & tot monumentorum antiquitatis ſuffragiis adeo ſtatuminata ſunt, vt nullum non ſuſtinere poſſint impetum. Annotatorem tamen incredibili armatum audacia nihil deterrere potuit, ne pugnam vſque ad Captiuitatem Babylonicam infeliciter commiſſam ad ipſum etiam CHRISTI nati annum produceret. Ex diebus videlicet obſidionis typicæ Ezechieli demandatæ alium a captiuitate illa vſque ad CHRISTVM natum exculpere conatur annorum numerum, quo noſtra tam arroganter aggreditur, vt nobis non niſi inſuperabiles difficultates, ſibi non niſi luculentiſſimas & inexpugnabiles annotationes tribuat (z). Sed videbimus, difficultates abire in ventos, & annotationes in mera falſa, abſurda, impia & heterodoxa reſolui. Miratur, me Ezech. IV, 4. 5. in tanta propinquitate voci עון modo ſubjicere notionem pœnæ, modo peccati (a). At miratur chimæram. Nam licet ſententiam Viri Doctiſſ.

(z) p. 54. 71. 76. (a) p. 71.

Doctiſſ. M. Ge. Lud. Oederi, עון & חטאת nunquam ſignificare pœnam peccati (b), majori adhuc disquiſitioni permittam: pro certo tamen habeo, in phraſi שאת עון, vbi pœnam ſimul innuit, notionem pœnæ non voce עון, ſed Verbo נשא contineri, quod idem hic eſt ac *onerari*, *efficaciter imputatum habere*, *ſentire*. Luculenter id probant loca, vbi Verbum נשא jungitur cum זמה, תועבות, זנות, Num. XIV, 33. Ezech. XVI, 58. XXIII, 35. niſi dicere velis, etiam hæc Nomina ſignificare pœnam. Igitur proprietatem literæ conſtanter cuſtodimus, docentes, שני עונם Ezech. IV, 5. eſſe annos peccatorum Judæ, initio præcipue & deinceps communiter cum tribubus cæteris malo exemplo infectis delinquentis, hosque annos ſecundum Ezech. V, 11. numerandos eſſe ab idololatria tempore Templi, ideoque ſecundum 1. Reg. III, 1. 3. ab ipſo Templo condito. Quam veritatem nunquam obſcurabit, omnem quam-

(b) Syntagm. Obſeru. S. Obſ. XV. p. 237 ſeqq.

quamuis ipſi veritatis vmbram abjudicans Annotator.

§. II.

Summo Numini non diſplicuiſſe putat ſacra in excelſis facta, verum enim coluiſſe Deum in excelſis Deum colentes, itaque ejusmodi cultu non potuiſſe pollui Templum, præſertim vix fundatum, & peccata Iſraëlis non potuiſſe imputari Judæ, maxime cum Scriptura S. Iſraëlitarum peccata Jeroboamo tanquam authori tribuat (c). Vtinam autem Annotatori non placuiſſet confundere Excelſa mandato DEI de faciendis ibi ſacrificiis conſecrata, & Excelſa DEO inconſulto ſacrificiis deſtinata. במה in Gibeon vſque ad poſita Templi fundamenta locus fuit legitimus ſacrificiorum & cultus Diuini perpetui, vniuerſalis & ſolennis, 2. Chron. I, 1 ſeqq. & 1. Chron. XVI, 39. 40. XXI, 29. *Equidem habitaculum JEHOVAe, quod fecit Moſes in deſerto, & altare holocauſti*, ad quæ DEVS ſacrificia &

(c) p. 73 ſeqq.

& præſentiam Majeſtatis ſuæ alligauerat, Deut. XII, 11. 13. 14. Exod. XXIX, 38. 42. 43. 44. 45. Joſ. XXII, 19. 23. 29. *erant vſque ad hoc tempus*, *erant* ſcil. *in excelſo illo, in Gibeon:* quam interpretationem requirit Athnachus. *Sed non potuit* tunc *Dauid eo ad DEI ſciſcitandum oraculum venire, quia perterritus erat gladio Angeli DOMINI.* Itaque caſus neceſſitatis pariter ac hunc locum deſignans patefactio Diuina Dauidem tunc excuſabat; alias non excuſandum, vt clariſſime apparet ex jure jurando filiorum Ruben & Gad Joſ. XXII, 22. 23. & aſſeveratione: *Abſit a nobis, vt hodie rebelles, a DOMINO deficientes aram conſtruamus ad holocauſtum, aut ad Mincha, aut ad ſacrificium, prater aram JEHOVAe DEI noſtri, quæ ante Ejus tabernaculum ſita eſt*, v. 29. Probe etiam tenendum eſt, Gibeon, vbi tabernaculum & altare DOMINI vſque ad ædificationem Templi frequentatum fuit, fuiſſe veram partem Schiluntis, loci, quem DEVS Jer. VII, 12. vocat locum ſuum, vbi habitare fecerit Nomen ſuum olim,

&

& Schiluntem fuiſſe partem Sichemi, Jer. XLI, 5. Joſ. XVIII, 1. XXII, 12. XXIV, 25. 26. Jud XXI, 19. Joh. IV, 5. 20. *Joſua*, quæ verba ſunt Joſephi (d), *in MONTANIS collocavit ſacrum Tabernaculum ad vrbem Siluntem, opportunus enim atque idoneus videbatur locus propter amœnitatem.* Montana innuit Ephraimi, Joſ. XX, 7. XXI, 21. Pſalm. LXXVIII, 60. 67. XXC, 1. XXCI, 6. vbi Taanath Schiluntis, Joſ. XVI, 5. 6. & Gibea, ſepulchrum præbens ſummo Sacerdoti, quo quidem nemo Tabernaculo proprior eſſe potuit, Joſ. XXIV, 33. Quapropter hanc ipſam Gibeam, quæ etiam intelligenda 1. Sam. VII, 1. 2. Sam. VI, 3. 4. non differre a loco Gibeon exiſtimo, in quo במה illa ſanctiſſima, vbi DEVS Salomoni apparuit. Addimns quæ ſubminiſtrat B. Geierus (e) in hiſce verbis: *Deſcribitur vrbs Silo ab Adrich. Theat. T. S. f. 30. n. 93. quod fuerit in monte ejusdem nomi-*

(d) Antiqu. Libr. V. Cap. I. p. 275. edit. Havercamp.

(e) Comment. in Pſalm. LXXVIII, 60.

minis Silo, qui altiſſimus omnium in circuitu Jeruſalem fuerit, adeoque vniuerſis terræ ſanctæ montibus ſupereminuerit, extructa. Tanti profecto montis במה vel ob eam cauſam jure optimo הבמה הגדולה dici potuit, 1. Reg. III, 4.

§. III.

Quia vero DEVS præter hanc במה & Templum Hieroſolymitanum nullum locum ſibi in cultum ſolennem & perpetuum elegit; grauiſſime omnino peccarunt, & maximas in ſe deriuarunt Summi Numinis minas, qui in aliis Excelſis mandato Diuino deſtituti ſacrificia feceruut: nam DEVS ibi Nominis ſui monumentum non poſuerat, Exod. XX, 24. Deut XII, 13. 14. Leuit. XVII, 4. 5. 7. 8. 9. Ezech. XX, 27. 28. 29. Quid? quod vera idololatria hac ἐθελοθρησκεία commiſſa fuit, etſi verus in Excelſis coleretur Deus: quandoquidem, vt bene monet B. Conr. Dietericus (f), *idololatria non tantum eſt, cum colitur pro*

(f) Inſtitut. Catech. de I. Tab. Decal. ad Q. 24. p. m. 77.

pro Deo, id quod Deus non eſt, ſed & cum in modo cultus erratur; nempe cum verus quidem Deus, ſed alio modo colitur, quam ſe in verbo ſuo coli præcepit. Sic & qui verum Deum ad ſtatuas coluit ſunt idololatræ: quia præter & contra voluntatem DEI ipſum ſic colunt, ad quas coli non vult. Mutant igitur voluntatem DEI: mutata autem voluntate DEI mutatur ipſe DEVS. Neutiquam ergo cultus ille in Excelſis 1. Reg. III, ſiue in Salomone, ſiue in populo probatur: quin eædem prorſus v. 2. 3. occurrunt phraſes, quæ 1. Reg. XXII, 44. 2. Reg. XII, 3. 4. XIV, 4. XV, 4. 34. 35. & tot aliis locis, Excelſorum amatoribus magnam inurunt maculam. *Nihilominus*, quod dolendum, *populus* ædificationum modo memoratarum tempore jam *ſacrificabat in Excelſis, cum vix* (g) *cœpta eſſet ædificari domus Nomini JEHOVAe*, nam vox נבנה opponitur vocibus כלתו לבנות v. præc. *vſque ad dies illos*, quibus ædificia illa omnia abſoluta, ideoque, vt ex 1. Reg. IX,

(g) Conf. Nold. ad Part. לא n. 13. p. 490.

IX, 10. elucet, per continuos viginti annos, non excluſis annis poſtea ſequentibus, 1. Reg. III, 2. Itaque non amplius obſcurum opinor, ſacra ſuperſtitioſa in Excelſis & Templi fundamenta ſub idem fere tempus Hieroſolymis exorta eſſe. Et quis negauerit, tanto Templi contemtu Templum eſſe contaminatum, eoque magis contaminatum, quo auguſtius fuit Templum quam Tabernaculum? Præſertim, cum probabile ſit, iacto Templi fundamento ſtatim in Templi area initium factum eſſe cultus Diuini publici, & Templum ideo ſic ædificatum eſſe, vt in eo conſtruendo nulli mallei, aut ſecures, aut vlla omnino ferramenta audirentur, ne ſtrepitu turbarentur Sacra, 1. Reg. VI, 7. Tabernaculum quoque, a Moſe, & Altare Holocauſti, a Bezaleele factum, ſine mora in eandem Templi aream translatum eſſe, quia 1. Reg. VIII, 4. & 2. Chron. V, 5. Aræ Holocauſti non ſit mentio, Tabernaculum autem hic memoratum non fuit Moſaicum ſed Dauidicum 2. Sam. VI, 17. Nam

quid attinebat 2. Chron. I, 3. 4. addere verba: *quod Moſes fecerat*, niſi duo tunc fuiſſent אהלי מועד? Grotius, *Contaminat*, inquit (h), *i. e. contemnit ſanctuarium, qui in alio loco ſacrificat.* Multa etiam eo ſpectantia leguntur in Viri Celeberr. Franc. Wokenii Diſp. de Excelſis Iſraëlitarum (i).

§. IV.

Quod autem DEVS peccatum iſtud in multis tam patienter tulit, hujus rei cauſa fuit opinio hominum, quamuis errans, cum de exemplis Sanctorum male applicatis, Joh. IV, 20. tum de variis, qui, quamuis a pluribus temere, prætendebantur neceſſitatis caſibus. Inter alia anſam ad multiplicanda Excelſa dare potuit, & forſan quam maxime dedit, inductio Reginæ idolorum cultricis in vrbem Dauidis 1. Reg. III, 1. qua vrbi & ſic multo magis Templo profanationis labem aſperſam eſſe, ne ipſe qui-

(h) Vid. Calou. Bibl. Illuſtr. ad Leuit. p. 499.
(i) Witenb. 1727.

quidem Salomon potuit inficiari, 2. Chron. VIII, 11. Incrementum deinde malo attulerunt tot mulieres alienigenæ præter Pharaonis filiam a Salomone amatæ: quibus tamen non annumeranda Naama Ammonitis, Rehabeami mater 2. Chron. XII, 13. quam Salomo viuo Dauide duxit, proſelyta citra dubium, non ſecus ac olim Ruth Moabitis. Tandem acceſſit exercitivm, quod vocant, idololatriæ craſſiſſimæ publicum, 1. Reg. XI, 1. 2. 5. 7. 8. 33. quo Templum pollutum eſſe, etſi in Templo ipſo nullum idolum collocatum fuit, nemo adhuc dicta perpendens, iisque Ezech. VI, 2. 3. 13. VIII, 6. 12. adjungens in dubium vocabit. Num Annotator putat, tam immanem idololatriam tribubus poſtmodum ſeparatis nulli fuiſſe offendiculo? Irriti ſane fuiſſent omnes Jeroboami in inuehenda in illas idololatria conatus, niſi idololatria, quæ tempore Salomonis in Juda obtinuit, populi animum ad ſimilem impietatem præparaſſet. Irriti fuiſſent, ſi Rehabeam, Rex Judæ, in illa Religione

perſtitiſſet, qua primis quatuor regni annis DEVM coluit, 2. Chron. XI, 13. 16. 17. XII, 1. Cur igitur Annotator perhibet, peccata Iſraëlis non potuiſſe imputari Judæ, quia Jeroboamo tanquam authori tribuuntur? Num oblitus eſt canonis Logici, quem nemo ignorat: *Poſito vno, non excluditur alterum?*

§. V.

Sententia quidem noſtra, annos iniquitatis Judæ & Iſraëlis, quorum loco Ezechieli dies 430. perquam calamitoſi indicti, vt iis repræſentaretur cum tempus obſidionis arctioris Hieroſolymorum, tum fames, anguſtia & anxietas illo tempore obſeſſos afflictura, numerandos eſſe a jactis Templi fundamentis, non ſolum nititur magno illo probationum concentu, quibus demonſtrauimus, ab illis Templi primordiis vſque ad prædictam obſidionem reuera annos 430. elapſos eſſe, ſed etiam clariſſimis Scripturæ S. de iniquitate per eos annos Judæis adhærente teſtimoniis, aliisque legitimæ interpretationis regu-

lis.

lis. At e contrario Annotatoris argumenta, vt vocat, inexpugnabilia & prorſus inuicta, quibus portentoſam ſuam de illis annis opinionem ſuffultam jactat, hoc fere continentur ratiocinio: *Quia ab initio obſidionis prioris Hieroſolymæ vſque ad finem poſterioris 531. dies, totidemque annos a finita Captiuitate Babylonica vſque ad CHRISTVM natum, numero; & quia CHRISTVS non populi tantum Judaici, ſed totius etiam mundi peccata tulit* (k): *idcirco illi 531. dies fuerunt typus annorum a finita Captiuitate Babylonica ad CHRISTVM natum & portatæ a Judæis per hosce annos pœnæ.* Anni ſcilicet 531. Prædicatum hic conſtituunt, cujus non niſi vnicum datur Subjectum: etſi Annotator annos 531. quos e. g. a primo Eli vſque ad primum Zedekiæ numerat, eadem arte ad dies typicos Ezechielis accommodare potuiſſet. Verum quod primo ad calculum 531. dierum obſidionis attinet, non ſolum intercedens forſan emboliſmus, ſed & menſibus adſcripta quantitas aliena dierum

Aa 3

(k) Ann. p. 77. 80. 94.

rum eum euertit. Nam menſi Niſan & alterne ſequentibus Annotator loco 30. dierum ipſis tribuendorum non niſi 29. tribuit (l). Recordabitur præterea Beneuolus Lector, dies centum obſidionis ſolutæ, iſti 531. dierum ſummæ admixtos, ſupra (m) prorſus a nobis eliminatos eſſe. Et quod ad annos 531. a fine Captiuitatis Babyl. vſque ad CHRISTVM natum attinet, calculum hunc falſum eſſe, quilibet Hiſtoriæ antiquæ gnarus facile animaduertit. Vt alia taceam, Annotator cum præceptore & (n) laudatore ſuo, Buddeo, ab occiſo Simone, Ptolomæi ſocero, vſque ad occupatam ab Herode Hieroſolymam numerat annos 97. cujusmodi calculus quomodo cum Hiſtoria Joſephi concordet, qui vtrivsque rei annum fuiſſe Sabbathicum memoriæ prodidit, neminem præterire poteſt. Porro, *Tertium Cyri*, inquit, *primum fuiſſe Monarchiæ*, *aliunde conſtat* (o). Vnde vero? Cer-

(l) p. 79.
(m) Cap. X. p. 167 ſeqq.
(n) Vid. Hiſtor. Theolog. litterar. continuat. p. 148.
(o) p. 91.

Certe non ex Herodoto, non ex Ptolemæi Canone, nec ex aliis Veterum monumentis, docentibus, primum annum Monarchiæ Cyri fuiſſe Regni vel Imperii viceſimum ſecundum (p). CHRISTVM denique Anno V. C. 750. natum eſſe, nec Sulpicius Severus nobis perſuadet, nec Aug. Quir. Riuinus. Ille eodem loco (q) Saluatori non niſi vnicum Miniſterii annum concedit: & hujus rationes refellere non opus eſt, antequam Annotator cum ipſo de annis Auguſti tranſigat; nam Annotatori Annus V. C. 750. eſt annus 26. Riuino (r) annus 29. imperantis poſt Cleopatram Auguſti.

§. VI.

Sed quæ adhuc in ſententia Annotatoris reprehendimus, leuia ſunt in comparatione ad violationem dignitatis atque exiſtimationis Scripturæ Sacræ, violationem Analogiæ Fidei, violationem Satisfa-

(p) Vid. Chronol. n. S. p. 262 ſeq.
(q) Sacr. Hiſt. Libr. II. p. m. 133.
(r) Libri vom wahren Alter der Welt, p. 38.

ctionis CHRISTI, ab hac ſententia pullulantem. Quippe haud alia ratione illa deduci poteſt ex Ezech. IV, ſ. 6. niſi qua ſequens inde deriuatur paraphraſis: *Ego tibi do eorum pœnæ annos*, in quibus tamen, licet tempus iſtud in primis ſit pœnale, nec dies obſidionis inſtantis, nec anni Captiuitatis Babylonicæ numerandi, quia illi eundem typum futurarum pœnarum repræſentant, & Jeremias hos jam prædixit, *ad numerum dierum* 390, *quibus tu* loris conſtrictus, ita vt ex alio latere in aliud non vertaris, & cibo ac potu ad ſatietatem nullo die refocillatus, quinimo tandem panem ſtercoribus paratum comedere coactus, v. 8. 9. 10. 11. 12. *pœnam feres domus Iſraël*, h. e. Judæorum, qui totidem ſcil. annos poſt finem Captiuitatis Babylonicæ ejusmodi anguſtia ac fame macerabuntur v. 13. vbi tamen בגוים idem quod propter gentes (s). *His vero peractis, incubabis iterum lateri dextro, & domus Judæ*, h. e. Judæorum iterum *pœnam feres, me tibi totidem dies pro toti-*

(s) Vid. Nold. Concord. Partic. p. 159.

totidem annis dante, quibus Judæi porro poſt 390. annos modo prædictos, præter alios 101. annos neſcio quos, excruciabuntur ob peccata ante obſidionem & Captiuitatem Babylonicam commiſſa, vsque ad CHRISTVM natum, qui tandem annis illis pœnalibus finem afferet, non mitiora inducens tempora, ſed onus ſatisfactionis de peccato, adhuc ſcilicet ſolum prementis populum, in ſe ſuſcipiendo (t), quandoquidem ſatisfactionem CHRISTI antea nemini ſubueniſſe credibile eſt. O phantaſmatum abſurdorum & Verbo DEI miſere illudentium Labyrinthum execrabilem atque horrendum! Deſcendat in ſeſe Author operis & judicet, an ſine retractatione ejusmodi commentorum publica DEVM ſibi poſſit promittere propitium?

(t) Ann. p. 77. 80. 94.

CAPVT XXI.

De veræ Chronologiæ reliquiis in Armenia.

Summaria.

Inſcriptiones Noui Teſtamenti Armeni, cujus quondam poſſeſſor B. D. Aug. Pfeiffer, §. I. Ludouici Pickii, Doctoris Sorbonici, judicium de hoc N. T. ejusdemque epiſtola ad B. Pfeifferum, §. 2. Judicium de illo Pickii judicio, & teſtimonia de corruptis fraude Romana Armenorum libris, §. 3. Eodem tempore corruptam etiam eſſe a Pontificiis Verſionem Bibliorum Armenam §. 4. Reliquiæ Arcæ Noachi in Armenia §. 5. Annorum a quiete Arcæ Armenicæ elapſorum reliquiæ in annis epochæ Armenæ §. 6. Conſtitutio anni Patriarchalis ex Hiſtoria Diluuii eruenda §. 7. Ephemeris Diluuialis, variis referta memorabilibus, §. 8.

§. I.

Ita vidimus, quantam vim adhibeant Aduerſarii Verbo DEI, & quidem eum in finem, vt probent, paruum vel nullum in rebus Chronologicis & Hiſtoricis inter Scripturam S. & ſcriptores veteres, ſiue Eccleſiaſticos, ſiue profanos, eſſe conſenſum. At nolite lætari Pontificii, nolite lætari

lætari Naturaliſtæ, nolite lætari a CHRISTI cultu alieni, de magis patefacta ſic vobis feneſtra ad proculcandam tandem omnem Scripturæ S. authoritatem: nam in irritum cadunt omnes conatus illi. Immota perſtat Chronologia noſtra S. & legitima Sacrarum Literarum interpretatione ſe tam ſuffultam præbet, quam Antiquitatis teſtimoniis ornatam. Etſi autem horum teſtimoniorum tantus eſt numerus, vt plura addere neceſſe non ſit: ſemper tamen nobis pendeat hamus, vt latentes forſan adhuc paſſim veræ Chronologiæ reliquias, quantnm licet, expiſcemur. Eo pacto varia ſe nobis obtulerunt ſingularia: ex quibus in præſenti tantum vt quædam quaſi poſt epulas bellaria apponimus, quæ ſubminiſtrat Armenia. Non eſt veriſimile, periiſſe ibi omnia rerum priſcarum veſtigia: & cum Verſio Bibliorum Armena ſit antiquiſſima, quis non ab ea ſperauerit ſubſidia aliqua etiam in Chronologicis? Quapropter eo majori gaudio affecti ſumus, cum in Bibliothecam noſtram tranſiret exem-

exemplum Noui Teſtamenti Armeni, ad quod olim poſſeſſor, B. D. Auguſtus Pfeiffer, immortalis memoriæ Theologus, in pagina prima chartæ mundæ, quæ fronti libri juncta, hunc manu ſua aſcripſit titulum: *Nouum Teſtamentum Armenice, juſſu Jacobi Choroſtei, Patriarchæ Armenorum, ab Epiſcopo Vſcam Dyuſcbutano Amſtelodami A. 1668. in vſum Gentis Armenæ impreſſum. Exemplaribus cunctis (vel certe præter pauciſſima) in Orientem translatis, hocce e caſtris Turcicis ad manus donatoris & denique meas deuenit.* Donator autem, quem vocat B. Pfeifferus, fuit Andreas Achilles, Franckii proh dolor poſtea in introducendo Pietiſmo adjutor præcipuus, qui in alia chartæ mundæ pagina hanc præmiſit inſcriptionem: *Laudabile Gentium in Oriente inſtitutum, quod ſubditos, nemine excepto, omnes REGI ſuppliciter obuiam procedere, atque in humillimæ ſubjectionis arrham, quantum per facultates liceret, Munus prona fronte offerre jubebat, imitari Ego inſtituo, dum Tibi Summo & Celebratiſſimo Doctori, in Oriente (ſapientiam & Lin-*

Linguas, queis Orientem ſuperbire audimus, puto) Monarchice quaſi Regnanti, AVGVSTO PFEIFFERO, Hebrææ & Orientalium Linguarum in Auguſta Academia Lipſica recens collatam Profeſſionem, tanquam Regiam in Oriente Majeſtatem humiliter obuius deuote gratulor, inque ſinceri cultus & obſeruantiæ obſequioſiſſimæ quin & fidei perennis teſſeram hanc quouis melle dulciorum Tibi futuram ex ARMENIA lympham i. e. NOVVM SALVATORIS FOEDVS pura manu offero, dono, meque ſimul meaque ſtudia ſubmiſſe commendo, auguſto Nomini Tuo deuotiſſimus deditiſſimus cliens Andreas Achilles Halberſtadienſ. S. S. Theol. Stud. Lipſiæ Calendis Junii 1684.

§. II.

Quantum Verſioni huic eruditi nonnulli conſtituant pretium, docent verba Joannis Millii (v): *Illud neutiquam prætereundum, quod nos per literas monuit, in Armenica cæteraque omni literatura Orientali longe verſatiſſimus, LVD. PICKIVS. Verſio, inquit,*

(v) Prolegom. in N. T. Græc. n. 1404. p. m. 152, b.

quit, Armenica eſt antiquiſſima, & ex genio ſuo ita ἑλληνίζει, vt de verbo ad verbum Græca referat; vnde ex ipſa jus eſt reſtituendi originale Græcum, vnde profluxit. Illius vero Ludouici Pickii, quem Jac. le Long Doctorem Sorbonicum vocat (x), epiſtola etiam quædam ad B. Pfeifferum autographa, aliis Virorum celebrium epiſtolis aliquando coëmtis immiſta in meam peruenit poteſtatem, & digna mihi videtur, quæ hic inueniat locum. Ecce igitur illam, cum inſcriptione in dorſo: *Ad Reuerendiſſimum Clariſſimumque Virum D. D. Aug. Pfeiferum Lipſiam. Clariſſimo Viro D. Aug. Pfeifero Lud. Picques S. Non poſſum non habere tibi gratias quas poſſum maximas, Vir Clariſſime, de binis libris tuis, qui mihi redditi fuerunt 29. Decembris proxime elapſi, quorum primus in 8. eſt Grammatica Hebræa* (y), *alter vero in 4. eſt Actio*

(x) Biblioth. Sacr. Cap. II. p. m. 240.

(y) In Catalogo ſcriptorum Pfeifferi, quem exhibuit B. Pippingius Memor. Theol. p. 739 ſeq. nullus liber apparet hoc titulo inſignitus. Videtur autem intelligi Specimen didacticum Ebræum, editum Lipſiæ 1684. nam Methodus Ebræa jam A. 1677. lucem aſpexerat.

Actio Judicialis (z). *Verum non ignoro de foro & competenti Judice litigari inter partes. Eſto ſane, vt ſcribis, neutrum contendentium defendere cauſam contra conſcientiam (Ita enim vterque perſequitur pacem, vterque amat juſtitiam, veritatem & charitatem): mihi ſane res judicata habetur pro veritate; & ſi velim omnia judicia retractari de nouo, jure merito pertinaciæ arceſſar. Eccleſia Orientalis, etiam Romanæ noſtræ Eccleſiæ conſentiens, non remouet laicos a Calice, fateor. Ego enim ante 2. annos hic vidi Pariſiis plures Armenos laicos participantes Calici, quem Archiepiſcopus Shamiram iis adminiſtrabat. Nec Cluniacenſes Monachi ab vſu ſuo receſſerunt: quandoquidem fere 10. aut 12. aſſiſtentes Sacerdoti ſacra facienti, in nupero totius Ordinis Capitulo Communio-*

(z) Actio rei amotæ contra Papam, in puncto ſubtracti Laicis & non conſecrantibus Clericis ſacri Calicis, inſtituta, Lipſiæ 1685. Eundem librum haud multo poſt ſub titulo Fundamentalis deductionis Controuerſiæ palmariæ de Communione ſub vtraque, Informatorio ſuo conſcientiæ Euchariſtico præmiſit Author, qua etiam ornatus inſcriptione liber ille recenſetur dans la Bibliotheque Vniuerſelle A. 1687. Tom. 7. p. 220 ſeqq.

nionem ſumpſerunt ſub Vtraque Specie. Vnum (a) *ergo tuemur: ſc. veritatem Sacramenti ſeu validitatem ſaluari ab eo laico qui communicat tantum ſub ſpecie panis, ſiue contingat ipſum ita ſcienter communicare, ſiue vlterius intendat ſumere de Calice, ſiue aliter eueniat; nempe quod ſubito poſt ſumptionem panis moriatur, ſiue quod ſpecies vini deficiat aut effundatur aut per vim auferatur. Eſſentiae* (b) *nempe ſunt indiuiſibiles, & Eſſentialia omitti non poſſunt, re ſalua: nec intentio facit, vt fiat quod non fit, ſeu vt factum ſit quod non eſt factum. Sic puer baptiſandus, & qui baptizat, dum jamjam incipit baptizare & verba proferre, moriatur: puer non eſt baptizatus, neque, ſi poſt baptizetur, cenſetur bis baptiſatus fuiſſe. Sed nec ſi ipſe baptizandus adultus ſit, ideo quia intendit baptizari, ideo de facto baptizatus eſt. In hoc caſu baptizat Deus, dicet aliquis. Si ita eſt: ergo vbi erit copia baptizantis, non debe-*

(a) Ita Pickius explicat mentem gregalium ſuorum.

(b) Hic idem Pickius modo dicta conuellere non veretur.

debebit baptizari, ne bis ſuſcepiſſe baptiſmum dicatur. Qui non ſeruat eſſentiam, non ſeruat veritatem. Sed hæc omnia libere tecum confero & amice. Gaudeo quod mediteris ſecundam editionem tuæ Criticæ (c). *Si quid velis adjungere de linguis Orientalibus, mittam ad te ſpecimina nitidiora linguæ Siamicæ, Calendarium & notas numericas, item Alphabetum etiam Bramanum cum Calendario & Siſris eorum, etiam Malabaricum, item Canarinum, & literas mixtas ex Chaldæo Chriſtianorum Sancti Thomæ. Sufficiam adhuc Decalogum lingua & characteribus Tartaro-Sinarum. Ita enim & tua opera prodeſſe potero reipublicæ literariæ. Gaudeo quod in libro tuo mentionem feceris Dn. Acoluthi* (d), *olim tui in Armeni-*

(c) Prodiit in 8. Dreſdæ 1680. & Lipſiæ 1702.

(d) Andreas hic eſt Acoluthus, poſtea Templi Bernhardini apud Vratislauienſes Archidiaconus & in Gymnaſio Eliſabethano linguæ ſanctæ Profeſſor, qui jam A. 1680. Lipſiæ ediderat Obadiam Armenum. De Anagrammate *Tu edas Alcoran*, ex nomine ejus elicito, vid. Nov. Lit. Germ. 1704. p. 310.

cis diſcipuli. Quaſo, ſi opus ſit, velis procurare, vt epiſtola, quam ad ipſum ſcripſi, ei fideliter reddatur. Incuſo anguſtiam temporis quod quæ ſupra commemoraui, hac eadem occaſione reditus Dn. Mentzel filii archiatri (e) *Brandenburgici, ad te mittere nunc non poſſim. Erit alias commodior occaſio: ſcribit enim ad me Dn. Ludolfus* (f), *Francofurto proficiſci quaque*

(e) Filium innuit Chriſtiani Mentzelii, Authoris der kurtzen Chineſiſchen Chronologie, aliorumque ſcriptorum, quæ præmiſſa vita enumerantur Dec. II. Actor. Medic. Berolinenſium Vol. IV. p. 3 ſeqq.

(f) Jobus Ludolfus, de cujus vita A. 1710. Commentarium edidit Chriſtianus Juncker, & cujus etiam hæc ad B. Pfefferum Epiſtola manu ſcriptorum volumine quodam meo continetur: J. Ludolfus Plur. Reu. & Ampliſſ. Viro Auguſto Pfeiffero S. S. Th. D. S. P. D. Apographum epiſtolæ D. Ludovici Piqueſii, quod hic vides, ab amanuenſi quondam meo ad me miſſum ſine ſalute mea dimittere nolui. Quamuis nihil habeam quod addam, niſi vt ſalutem proſperam atque perennem tibi tuisque optem. Num appendices meæ, & quidem vltima de Locuſtis Lubecam venerint, ſcire peruelim. Si monita tua mihi ſignificare velis, rem gratam mihi facies. Si epiſtolæ tuæ per amicum Hamburgenſem Thomæ a Wiering in aureo A. B. C. relationum nouarum auctori tradantur, gratis ad me peruenient. Acolutho Armenicam & Aegyptiacam linguam ejusdem originis cenſenti accedere non poſſum. Judi-

que hebdomada rhedam publicam Metas in Lotharingia & Metis Pariſios. Itaque oro te majorem in modum, vt me excuſatum habere velis, quod tam curta ſupellectile inueniar; nec pro dignitate tua ſatisfacere videar tam inſigni tuae erga me liberalitati. Satius quippe duxi aliquid tumultuarie ad te ſcribere, quam minus memor tui in me beneficii videri. Vale. Pariſiis in Sorbona ad diem vlt. Februarii 1686.

§. III.

Ex hac epiſtola non ſolum apparet Pickii in literatura Orientali eruditio, ſed & propenſio in Lutheranos, ipſamque eorum de S. Cœna doctrinam. Attamen laus illa me ad probandum ipſius de Verſione N. T. Armenica judicium inducere nequit. Nam vt ex Verſionibus Textum Bibliorum Ori-

---

Judicent tamen vtriusque linguae periti. Hisce fini ens in Chriſto te beatiſſime & diutiſſime valere jubeo. Francofurti ad Moenum, die XIV. Martii A. D. CIↃ IↃCXCVI. Plur. Reu. Ampliſſ. & Clariſſ. Auguſto Pfeiffero, S. S. Th. D. nec non Superint. & Philologo Orient. celeberrimo, amico ſuo colendo Lubecam.

Originalem reſtituere velle nunquam ſpecie impietatis caret, quia fontes eo ipſo corruptionis inſimulantur: ita peſſime in primis cum Noui Teſtamenti fonte ageretur, ſi eum ad Verſionem Armenicam, vt Amſtelodami prodiit, reformare liceret. Richardus Simon, poſtquam narrauerat, Jacobum Choroſteum, Armenorum Patriarcham, mandaſſe anno 1664. Epiſcopo Vſcam Dyuſchutano, vt in Europa Biblia Armena imprimi curaret, & hunc ideo Romam profectum, ibique per 15. menſes commoratum, inde Amſtelodamum veniſſe, vbi ſuis ſumtibus imprimi curauerit Armena Biblia in 4. cum Nouo Teſtamento in 8. aliaque plura ſcripta Armena in vſum gentis, addit, quod bene obſeruandum: *Iſto ſane modo facillimum eſſet non ſolum Orientalium libros ſed & fidem emendare* (g). Nec diffitetur, multa tunc in libris Armenicis ad voluntatem Pontificiorum mutata eſſe:

(g) Hiſt. Crit. V. T. e Gall. in Lat. verſæ a N. A. de Verſé Libr. II. Cap. 16. p. 90.

eſſe: quamuis neget, Biblia Armena illo tempore fraudulentam ejusmodi corruptionem ſubiiſſe. *Depuis que*, inquit (h), *Sca Abas Roi de Perſe a conqueſté l' Armenie, ce Prince a ruiné vne bonne partie de leurs Egliſes; & celles qui ſubſiſtent encore aujourdhui dans ces païs-là, ſont dans vn état aſſez miſerable: & c' eſt en partie ce qui les a obligés d' avoir recours au Pape, & de ſe réünir avec l' Egliſe Romaine. Cette réünion neanmoins des Armeniens avec Rome, n' eſt qu' à l' égard de quelques-vns, qui ont pû alterer leurs Livres, pour ſe conformer davantage à la créance de l' Egliſe Romaine; mais ce changement ou alteration n' a point paſſé juſq' à leurs Bibles. L' Eveque Vſcan les a fait imprimer fidelement ſur de bons Exemplaires manuſcrits.* Sed quis credat, Richardum Simonem hic de Bibliis Armenis vera ſcripſiſſe? Quis credat, Epiſcopum Vſcam, poſtremo Archi-

(h) Hiſtoire Critique de Vieux Teſt. edit. quam nomine ſuo ſua manu ſcripto notauit Reinier Leers p. 290.

chiepiſcopi honoribus mactatum, nulla Romæ de editione Bibliorum mandata accepiſſe? Quis credat, Romam hanc occaſionem amiſiſſe ad Vulgata ſua fucanda? Et quis ſponſor de eo erit, Bibliis Armenis non obtigiſſe, quæ aliis Armenorum libris Maſſiliæ obtigiſſe idem teſtatur Richardus? *Cet Archevêque*, inquit (i), de Vſcano loquens, *eſt mort à Marſeille, où l' on a continué l' impreſſion des Livres Armeniens; mais non pas, avec la même liberté qu' on avoit fait à Amſterdam. Marſeille n' eſtant pas éloignée de Rome, on y a envoyé de ce lieu-là vn Preſtre Armenien Latiniſé, qui reforme, à ce qu' on dit, D' VNE ESTRANGE MANIERE, les livres des Armeniens, conjointement avec Meſſieurs les Grands Vicaires de Marſeille.* Quid ſi Vſcam ejusdem generis reformator fuerit?

§. IV.

Et quidem ipſa Noui Teſtamenti, quod poſſidemus, Armenici inſpectio nos docuit,

(i) l. c. in nota paginæ ſubjecta, quam tamen notam non omnia habent exemplaria.

it, parum abeſſe, quin ſic ſe res habeat. Nam quam plurimis locis illud cum Vulgata contra fontem Græcum conſpirare deprehendimus. Exempli gratia: Rom VIII, 1. XII, 11. 1. Cor. X, 28. 2. Cor. X, 7. XI, 23. Gal. IV, 7. 25. &c. In primis hoc memorabile eſt, Matth. IX, 13. Rom. XI, 6. 1. Joh. V, 13. aliaque loca, quæ B. Mart. Chemnitius deprauata eſſe dixit in Vulgata Latina, & quæ Bellarminus vindicare conatus eſt (k), eodem modo legi in Nouo Teſtamento hoc Armeno; quo leguntur in Vulgata. Vnde non immerito colligere mihi videor, Pontificios loca illa clanculum adulteraſſe, vt incautis aliquando perſuaderent, lectiones Vulgatæ jam a Chryſoſtomi vel Gregorii temporibus in Verſione Armena extitiſſe. Non tamen propterea Verſionem hanc nullum vſum habere ſtatuo: nam multa adhuc loca manus ſacrilegas effugerunt, nec Pontificiis propoſitum fuit, omnia

(k) Recenſuit illa & Bellarmini vindicias diluit B. D. Chriſtianus Kortholt Tractat. de variis Scripturæ editionibus Cap. XIV.

omnia ad Vulgatam accommodare. Itaque Verſio N. T. Armena in illis locis, vbi a Vulgata abit, declarationi ac confirmationi fontis Græci inſeruire poteſt. Spem autem noſtram de ſubſidiis Chronologicis ex illa Verſione hauriendis nobis fere ereptam eſſe fatemur; præſertim cum & locus nobiliſſimus Act. XIII, 20. hanc ibi ex Vulgata traxerit immutationem: *Ibriev* Cum *ams* anni *zuriech* quater *bariur* centum *jev* & *jiſun* quinquaginta. *Jev* Et *jied* poſt *aiſurik* hæc *ied* dedit *nuzza* illis *datuvars* Judices *minziev i Samuel* vſque ad Samuelem *marchare* Prophetam.

§. V.

Reliquias tamen veræ Chronologiæ in Armenia adhuc latere pro tam certo puto, quam certum eſt, inde ab antiquiſſimis temporibus vendicaſſe Armenos terræ ſuæ reliquias Arcæ Noachi. Joſephus regionem Καῤῥῶν ſ. montium Kardyæorum (1) in Armenia-

(1) *Subſiſtit arca in monte Kordorum qui Giuda appellatur*, Gregor. Abul-Pharaj. Hiſtor. Oriental. Dyn. I. p. m. 8.

menia deſcribens, *Ibi etiam*, inquit (m), *ſunt arcæ illius reliquiæ, in qua Noachus diluvium euaſiſſe fertur, & etiamnum iſtæ videre eas volentibus oſtenduntur.* Omitto alia de hisce reliquiis teſtimonia, quæ vbi collecta reperiantur cum pluribus ſcriptoribus ea de re conſulendis indicauit Vir S. V. J. C. Wolfius (n). Exhibemus tantum verba Haythoni Armenii (o): *In Armenia eſt altior*

(m) Antiqu. Jud. Libr. XX. Cap. 2. p. 958. edit. Hauerc.

(n) in Not. ad Theoph. Antioch. Libr. III. p. 341. ſeq. Conf. etiam Poli Synopſ. Crit. ad Gen. VIII, 4.

(o) Hiſtor. Orient. Cap IX. Haythonus hic, vel vt ab Abrah. Ortelio appellatur, Antonius Curchinus, Dominus Curchi, habuit auunculum Regem Armeniæ, & gentis ſuæ more e voto Monachus factus eſt. Hiſtoriam ſuam Orientalem compoſuit, cum forte legati munere apud Pontificem Rom. fungeretur. Et quidem juſſu Pontificis, Clementis V. Nicolaus Salconus eam primo ſcripſit in Gallico Idiomate, ſicut idem Haythonus ipſi ore dictabat, & de Gallico tranſtulit in Latinum A. C. 1307. Hæc vero me docuit Reinerus Reineccius, qui Haythoni librum Parti ſecundæ Chronici ſui Hieroſolymitani inſeruit. Sed & opus hoc Reineccii rariſſimum eſt; quare non piget Partis illius contenta adjungere, quæ ſunt: Matthæi Dreſ-

tior mons, quam ſit in toto orbe terrarum, qui Arath vulgariter nuncupatur, & in cacumine illius montis arca Nohæ poſt diluuium primo ſedit. Et licet propter abundantiam niuium, quæ ſemper in illo monte reperiuntur tam hyeme quam æſtate, nemo valeat aſcendere montem illum, ſemper tamen apparet in ejus cacumine quoddam nigrum, quod ab hominibus dicitur eſſe arca. Illa vero omnia minimum confirmant, Armeniis nunquam excidiſſe memoriam ſubſidentis in Armenia arcæ Noachi, nec eos vnquam parui æſtimaſſe

Dreſſeri Commentatio de bello Sacro A. 1096. in Aſia geſto, Conradi Vecerii Commentarius de rebus geſtis Imperatoris Henrici VII. Commentarius de vita Caroli IV. Imp. ab ipſo Carolo conſcriptus, Sermo poſt mortem Caroli IV. factus per Johannem Archiepiſcopum Pragenſem, Hiſtoria Orientalis Haythoni, Marci Pauli Veneti de rebus Orientalibus libri tres, Fragmentum de rebus Orientalibus e ſpeculo Hiſtoriali Vincentii Belvacenſis, & ampliſſimus denique ipſius Reineccii ad Hiſtoriam Orientalem Haythoni Commentarius, Helmæſtadii 1585. 4. Primam editionem Haythoni, vtor verbis Reineccii, debemus cuidam Menardo Molthero, inceditque ea in A. C. 1529. Alteram cum pleriſque aliis non diſſimilis argumenti commentariis inſtituit Simon Grynæus.

maſſe hanc patriæ ſuæ fortunam & palmam. Non igitur abſurdus fuerit, qui dixerit, Armenios ab illa arcæ Noachi quiete annos ſuos numeraſſe. Nam quid præſtantius excogitari potuit, vt inde ducerent epocham ſibi peculiarem? Et quid, ſi epocha, qua adhuc Armenii vtuntur, ex illa re traxerit originem?

§. VI.

Epochæ illius anni ita procedunt, vt e. g. Annus CHRISTI 1688. ſit Armeniorum 1137. apud Paulum Rycaut (p), & A. C. 1581. Armeniorum 1030. apud Joſeph. Scaligerum (q). Sic Biblia Armena, quæ A. C. 1666. Amſtelodami prodierunt, præferunt annum Armeniorum 1115. teſte Andr. Acolutho (r): & Nouum Teſtamentum noſtrum Armenum, biennio poſt editum, annum *Rra Ge Sge E* h. e. 1117.

(p) Hiſtoire de l' état preſent de l' Egliſe Greque & de l' Egliſe Armenienne P. II. Cap. 2.
(q) De Emend. Temp. Libr. III. p. 216.
(r) In Præloquio Obadiæ Armeni p. 7.

1117. Scaliger non dubitat, quin hæc æra Armenica ab eo tempore incipiat, cum primum CHRISTO nomen dedit Armenia cum Rege ſuo (s): in qua etiam ſententia fuit Rycautus (t). At qui Rycauti librum in Actis Erud. Lipſ. recenſuit, grandiuſculum ei hic obrepſiſſe parachroniſmum obſeruat (v). *Etenim*, inquit, *ſi ab A. 1688. ſubtraxeris 1137, habebis annum CHRISTI 551. Atqui Gregorius (vt Noſtratium quidam in Hiſtoria, quam molitur, Arſacidarum probabit,) Tiridatem conuertit anno CHRISTI 306. ſiue A. XV. Tiridatis, mortuus A. C. 335. Tiridatis XLIV. vnde liquet, annis demum 245. poſt conuerſionem Armeniæ initium ſtatuendum eſſe epochæ Armeniacæ.* Accedit, quod Vir Doctiſſimus, qui Hiſtoriæ Regum Parthorum ad fidem numiſmatum per J. Foy Vaillant accommodatæ (x) præfationem addidit, Sozomeni verbis (y), quæ, quamuis meridiana luce clariora, Vaillantium infeliciter in-

(s) l. c. p. 217. (t) l. c.
(v) A. 1693. p. 12.
(x) Pariſ. 1728.
(y) Hiſtor. Eccleſ. Libr. II. Cap. 8.

interpretatum eſſe probat, ſatis planum fecit, Chriſtianam Religionem multo ante Conſtantini Magni tempora ab Armeniis receptam eſſe (z). Eruditi igitur veram æræ Armeniacæ originem adhuc ignorant. Enimvero certum eſt, annos Armeniorum oſtentare duos numeros annorum, qui ſecundum Chronologiam noſtram poſt ſubſiſtentem ſuper montibus Ararat arcam Noachi elapſi ſunt. Nam reſedit ibi arca A. M. 1660. menſe ſeptimo, Gen. VIII, 4. Ergo e. g. Annus Mundi 6175 = A. C. 1666. erit annus poſt reſidentem in Ararat Arcam 4515. (a) Sed & numeri duo poſteriores 15. in anno Armeniorum 1115. A. C. 1666. conſpiciuntur. Itaque liceat ſuſpicari, dum Armenii annos ſuos ab Arca in Ararat Liphrat katon numerarent, longinquitate temporum inter tot gentis calamitates & a ſtudio literarum auocationes periiſſe veri centenariorum ac millenariorum numeri memoriam. Si etiam, quod innuit

(z) Vid. Præfationis illius p. 11. ſeqq.
(a) 4509 † 1666 = 6175 = 1660 † 4515.

nuit D. Jo. Mich. Heineccius (b), primus menſis anni Armeniorum eſt Julius, anni Juliani ſeptimus: haud improbabile judicamus, huic anni initio occaſionem dediſſe menſem ſeptimum Geneſ. VIII, 4. Nam Armenii hodierni mero anno Juliano vtuntur menſiumque Juliana deſcriptione & nominibus, teſte Scaligero (c).

§. VII.

Nemo tamen ideo credet, anni ante Diluuium idem fuiſſe initium, quod anni Juliani. Menſes tunc potius ab æquinoctio autumnali numeratos eſſe, in Chronologia noſtra euincere conati ſumus (d): & parum quoque nobis abeſſe videtur, quin ex obuia Gen. VII. & VIII. dierum & menſium ſerie conſtitutio anni Patriarchalis inveſtigari poſſit. Interuallis quidem ſeptem dierum Gen. VII, 4. 10. VIII, 10. 12. hebdomadas deſignari a Sabbatho ad Sabbathum

(b) Abbildung der alten vnd neuen Griechiſchen Kirche P. 3. Cap. 3. §. 18. p. 179.
(c) l. c.
(d) p. 121 ſeq.

thum pertingentes, literæ conuenientiſſimum & piis meditationibus aptiſſimum judico. Nec alia facile ſeptenariorum illorum ratio excogitari poteſt, niſi reſpectus ad Sacra Sabbathica. Certum eſt præterea, menſes in Hiſtoria Diluuii non eſſe lunares: nam ſecundum hosce a die 17. menſis 2. vſque ad diem 17. menſis 7. incl. tantum præterlapſi fuiſſent dies 147. (e) cum tamen die 17. menſis ſeptimi jam numerandi ſint dies 150. Gen. VIII, 3. Itaque cum quinque menſes tunc æquales fuerint centum & quinquaginta, vel quinquies triginta diebus, haud improbabile eſt, ſingulos menſes Patriarchales æqualiter habuiſſe 30. dies, inſtar menſium anni Aegyptiorum Nabonaſſarei, excepto menſe poſtremo, quod huic adjicerentur reliqui dies, horæ & particulæ anni, ita vt menſis anni vltimus eſſet dierum 35. hor. 5. min. 48. ſec. 28. quemadmodum Aegyptii antiquitus ad poſtremum menſem Meſori quinque dies appen-

(e) $(3 \times 29) + (2 \times 30) = 147$.

appendices, quas Ptolemæus ἐπαγομένας vocat, adjecerunt, neglectis tamen in quantitate anni ſolaris horis & particulis vltra dies numerandis (f), quas autem a Patriarchis non neglectas, ſed vel in intercalares collectas, vel proximæ noctis aut diei horis annumeratas eſſe, arbitror.

§. VIII.

Maximam vero hisce hypotheſibus id affert fidem, quod diſpoſitio dierum in Hiſtoria Diluuii Gen. VII. & VIII. adſcriptorum, ſecundum illas & annum mundi noſtrum adornata, non ſolum ſibi optime conſtat, ſed & in re ipſa ac Scripturæ S. de ea verbis egregia detegit lumina. Ita decimum menſis ſecundi diem, quo DEVS locutus eſt cum Noacho, ingreſſum in arcam præcepit, & Diluuii irruptionem vt poſt ſeptem dies futuram indixit, Gen. VII, 1. 4. 11. fuiſſe Sabbathum, ex ſupra dictis intelligitur: idemque docet calculus in

(f) Conf. quæ de Calendario Aegyptiorum antiquo, vt quam plurimos alios taceam, ſcripſit Jacobus Chriſtmannus Commentar. ad Alfraganum p. 189 ſeqq.

in anno Mundi noſtro. Nam anni 1659 = 52352910372 ſec. = 605936 d. 11 h. 6 m. quibus additi 30. dies menſis primi & 10. dies menſis ſecundi efficiunt 605976 d. 11 h. = 86568 hebd. 11. hor. Si vero decimus dies menſis ſecundi fuit dies Sabbathi, manifeſtum eſt, etiam diem decimum ſeptimum ejusdem menſis, quo diluvium venit, talem fuiſſe. Porro dies hic decimus ſeptimus fuit primus dierum 150. Gen. VII, 24. Ergo vltimus horum dierum fuit dies decimus ſextus menſis ſeptimi (g), & anni dies 196 (h). Sequenti die aquæ jam vſque eo ceciderunt, vt Arca montem Ararat contingeret: vnde colligitur, illam ad dimidiam fere partem aquæ fuiſſe immerſam, quia Arca 30. cubitos alta fuit, & montes ad quindecim cubitorum altitudinem vndis obruti ſunt, Gen. VIII, 4. VI, 15. VII, 20. Tum a die 17. menſis ſeptimi incl. vſque ad diem 1. menſis decimi incl. effluxerunt dies 75 (i). Ergo ab

(g) 30 d. † 16 d † (5x30 d) = 6 menſ. † 16 d.
(h) 30 † 16 † 150 = 196.
(i) 14 † 30 † 1 = 75.

initio anni, 271 (k), & a mundo condito, 606207 d. 11 h. 6 m. (l). Ergo dies, quo montes capita vndis exeruerunt, Gen. VIII, 5. dies Sabbathi fuit: nam dies 606207 = 86601 hebd. At dies quadraginta Gen. VIII, 6. non numerandi ſunt a die 1. menſis decimi, nam ſic tredecim anni menſes orirentur, ſed a die vltimo menſis decimi, vt ſenſus Gen. VIII, 5. ſit: Fiebant porro aquarum decrementa vſque ad menſem decimum completum, & quidem jam menſis hujus die prima exſtabant capita montivm. Additis igitur ad decem anni menſes = 300 d. diebus 40, & die ſequenti, ſumma erit 341 d. quibus additis ad 605936 d. vt ſummam dierum annorum Mundi 1659. dies ille poſt quadrageſimum illum erit Mundi 606277 = 86611 hebd. Ergo dies, quo Noa emiſit coruum Gen. VIII, 6. 7. fuit Sabbathum; cujus calculi conſequens eſt, etiam tres illos dies ſeptimos, quibus columba emiſſa Gen. VIII,

8.

(k) 196 † 75 = 271.
(l) 605936 † 271 = 606207.

by Google

8. 10. 12. fuiſſe Sabbatha. Adjectis autem tribus hebdomadis, quarum Sabbatha hæc ſunt indices, = diebus 21. ad dies anni 341. emerget dies anni 362. quo vltima columba emiſſa. Itaque adhuc defuerunt tres dies cum fragmento ad complendum annum Mundi 1660. qui = 606301 d. 16 h. 54. m. = 86614 hebd. † 4 d. Sequentis anni die primo, vt profeſto, Noachus remouit tectum Arcæ, Gen. VIII, 13. & menſis ſecundi die 27. qui fuit anni dies 57. & iterum hebdomadæ feria 5. exiuit ex Arca. Poſt 74. demum dies a tempore, quo aquæ decreſcere cœperunt, exeruerunt ſe capita montium, ההרים, i. e. montium Ararat. Ararat autem aut nulli aut paucis montium in altitudine cedit: nam Olearius (m) eum ſupra Caucaſum extollit, ſeque altiorem negat vidiſſe in toto itinere. Quia igitur altiſſimi montium ad 15. cubitos obtecti ſunt, quilibet videt, intra 74. illos dies aquam parum vltra 15. cubitos fuiſſe diminutam, quæ tamen ſequentibus 91. die-

(m) Perſian. Reiſebeſchreib. p. 198.

diebus omnis abſumta. Hinc colligitur, aquæ deſcenſum initio tardiſſimum, poſtea vero velociſſimum fuiſſe: quod partim diametro terræ aqua obtectæ indies minori, partim inæqualitati telluris & majori deinceps montium in aqua ſpacio, partim creſcenti aëris cum impetu redeuntis ponderi tribuendum.

S. D. G.

AP-

APPENDIX I.

exhibens

NONNVLLA ADHVC EMENDANDA.

In Chronologia noſtra S.

Pag. 22. lin. 1. *749* lege 750. vt jam monui Biblioth. Lub. Vol. 1. p. 45. Lin. 3. *784 † 3761* l. 749 † 3760. Lin. 24. *1537* l. 1540. Lin. 27. *1656* l. 1659. *1536* l. 1539.

p. 28. lin. 17. *2252 p.* l. 2248. Lin. 21. *14 = 2252* l. 14 — 4 = 2248. Lin. 22. *2254* l. 2249. Lin. 32. *2255 p. naſcitur Simeon* l. 2250 p. naſcuntur Simeon & Leui. Lin. 24. *2256 p. naſcitur Leui* l. 2251 p. naſcitur Juda. Lin. 25. del. *2257 p. naſcitur Juda.*

p. 29. lin. 6. *2272 p.* l. 2269. Lin. 8. *2252 † 20 = 2272* l. 2248 † 21 = 2269. Lin. 19. *13.* l. 12. Lin. 20. *2283 † 13* l. 2284 † 12.

p. 30. lin. 18. *2691* l. 2698. Lin. 19. *2801* l. 2808. *2691* l. 2698.

p. 40. lin. 8. *Jjar* l. Niſan. Lin. 12. *Siuan* l. Jjar.

p. 44. deleantur lin. 19. 20. 21. Lin. 25. *vſque ad finem* l. per partem.

p. 56. lin. 4. 5. *In fine anni tertii ante ſeptimum, vel inſtante ſeptimo* l. A fine anni tertii vſque ad annum ſeptimum: (nam captura facta eſt pedetentim, alteroque anno inchoata, altero conſummata.) Lin. 9. *Exeunte* l. Elapſo.

p. 60. lin. 21. adde: Continuat quoque inſtaurationem Templi vſque ad annum ſequentem, 2. Chron. XXXIV, 8. *Et vſque ad annum decimum nonum regni ſui a purgatione terræ & domus miſit - - qui inſtaurarent domum JEHOVAe.*

p. 62. lin. 16. *Exeunte anno* l. Poſt hunc annum.

p. 64. lin. 4. *c. die 10.* l. p. die 10.

p. 71. lin. 7. *3977* l. 3978. Lin. 11. = *3756* † *221* = *3977.* l. † 1 = 3757 † 221 = 3978. Lin. 12. del. *3978.*

p. 72. lin. 14. *ſeptem* l. aliquot.

p. 74. lin. 13. 14. del. *qui Eſr. VI, 14. dicitur Arthaſaſtha.* Lin. 26. *III.* l. II.

p. 84. deleantur lin. 11. 12. 13.

p. 86.

p. 86. deleantur lin. 5. 6. 7. Lin. 17. *4483* l. 4487. Lin. 19. ⊙ *Cap. 3. §. 3.* l. Conf. Dn. Fabricii Chronogr. Auguſti p. 43. Lin. 20. *4513 — 31 = 4482.* l. 4479 † 8 = 4487. Lin. 21. *4492* l. 4489. Lin. 22. *Templi, Joſeph.* ⊙ *Cap. 17. §. 6.* l. Templi ſimulque Cæſareæ, Suppl. p. 476. Lin. 23. *18 = 4491.* l. 15 = 4489. Lin. 24. 25. l. 4503 Primus Tribunitiæ Pot. Tiberii communicatæ cum ipſo in quinquennivm. 4512 — 9 = 4503.

p. 87. lin. 13. 14. l. Aeræ Contractuum qua partem hujus priorem annus 312. 4197 † 312 = 4509. Lin. 15. *Annus 161.* l. Annus 160. Lin. 16. adde: qua partem hujus priorem. Lin. 18. *3761.* l. 3760. Lin. 20. *748 † 3761* l. 749 † 3760.

p. 89. poſt lin. 10. adde: 4512. Tribunitiæ Poteſtatis Tiberii ſextus, ſuperiori V. C. anno poſt mortem Caji ab Auguſto adoptati & poteſtate illa denuo ornati. Vid. Sueton. Dion. Vell. Pat. Lin. 11. 12. 13. 14. 15. deleantur omnia. Lin. 23. 24. 25. l. quartus, quo octauum Impe-

rator dictus fuit, titulo ſine vlteriore numeri additione vſque ad mortem continuando. Hujus rei teſtes ſunt numi quam plurimi, ex quibus poſſideo æreum, &c.

p. 90. lin. 5. l. XXIV. exhibentem. Imperatoris vox cum pro prænomine vſurpatur, ſupremam auctoritatem inRep. ſignificat: cum vero poſt nomen ponitur, rerum præclare bello geſtarum numerum. Vid. Ad. Occ. Numiſm. Impp. R. p. 59. 67. Lin. 6. l. 6 † 4512 † 18 = 4530. Lin. 19. *Libr.* 2. l. Libr. XX. Cap. 2.

p. 95. lin. 1. 2. delenda ſunt verba: Cæcus in Bethſaida ſanatus, Marc. VIII, 22-26. & ponenda poſt lin. 18. Lin. 19. l. 4541. Qua partem priorem quartus &c.

p. 97. lin. 13. *poſt hac* l. poſt hæc & hoc ipſo jam anno. L. 14. adde: 4562 — 3 — 17 = 4542. Lin. 20. loco 4506 † 37 = 4543, l. (4543 — 4511 = 32) † 5 = 37. Lin. 21. 22. delenda omnia, in eorumque locum ſubſtituenda: Paulus abit in Arabiam, Gal. I, 17. poſtea redux Damaſci, vbi tunc demum facta, quæ leguntur Act. IX, 22 — 25.

p. 98.

p. 98. lin. 6. *c. Paulus* l. 4545. c. Paulus. Lin. 9. l. 4542 † 3 = 4545.

p. 99. lin. 1. l. 4551. qui qua partem priorem adhuc V. C. 794. Annonæ egeſtas &c. Lin. 2. *compoſita* l. mitigata. Poſt lin. 12. adde: Paulus docet Antiochiæ, Act. XI, 26. XII, 1. 4552 — 1 = 4551. Lineam 20. præfige numero 4555. & lineam 22. 4556.

p. 100. lin. 1. *4559 p.* l. 4559 c. Lineam 14. præfige numero 4559. Lin. 16. l. 4542 † 17 = 4559. Lin. 17. *p.* leg. c. Lin. 21. 4562. l. 4561. Lin. 22. poſt *docuit* adde: in ſchola Tyranni. Lin. 23. l. 4559 † 2 = 4561. Sub hac linea quoque ſubjungantur ſequentia: 4562. Vltimus triennii, quo Paulus Epheſi docuit, ibidemque manſit vſque ad Feſtum Pentecoſtes, 1. Corinth. XVI, 8. profecturus inde per Macedoniam ad Corinthios, Act. XX, 1. 2. 3. 4559 † 3 = 4562. Quæ vero lin. 24. 25. 26. 27. leguntur, commutentur cum hiſce: c. Paulus ſcribit ad Corinthios epiſtolam priorem Epheſi circa Feſtum Paſch. 1. Cor. V,

7. 8. & poſteriorem in Macedonia, 2. Cor. VIII. IX. XII, 2.

p. 101. deleantur lin. 4. 5. 6. 7. & numero 4563. præfigatur linea 8.

p. 102. lin. 23. 24. l. d. 10. m. Ab Templum Hieroſolymitanum fatali incendio deletur, *Joſeph.*

p. 103. poſt lin. 9. adde: d. 8. Tiſri capitur Hieroſolyma. Joſephus quidem hoc factum eſſe tradit γορπιαίυ μηνὸς ὀγδόῃ. At ſcriptorem hunc menſes Hebræorum Græcis menſium illis quadantenus reſpondentium nominibus inuoluere, ex eo apparet, quod a 19. Aug. ad elapſum 7. Sept. 18. dies numerat, ad Calendarium Romanum plane non quadrantes, at a die 19. Elul ad 8. Tiſri cuiuis obuios.

p. 104. lin. 12. l. 4601. Duodecimus & ex parte decimus tertius Domitiani &c. Lin. 15. adde: Conf. etiam Vitam Joſephi per ipſum conſcriptam, Opp. p. 998. edit. Ittig.

p. 106. lin. 1. 2. l. 4698. Aeræ Contractuum Aſiaticæ 500. 4198 † 500 = 4698. Conf. Chronol. h. illuſtratæ p. 233.

p. 107.

p. 107. lin. 25. 26. l. 5009. Aeræ Contract. Aſiaticæ 811. 4198†811 = 5009.

p. 111. lin. 13. 14. l. 6101. Aeræ Chriſt. 1592. 4509†1590 = 6101. Lin. 17. l. 4197†1904 = 6101. Lin. 18. 19. l. 6390. Aeræ Chriſt. 1881. 4509†1881 = 6390. Lin. 21. l. 5130†1260 = 6390.

p. 115. lin. 18. *veſpera* l. veſpera, ſiue tenebris vniuerſalibus. Lin. 19. *aliquot horas* l. aliquantiſper.

p. 133. lin. 29. 30. l. VII, 11. cujus filius Noah adhuc dicitur ſeptima ante diluuium die, Gen. VII, 6. natalem Noachi in ſpacium ſex dierum Diluuium proxime præcedentium incidiſſe manifeſtum eſt: nam menſes.

p. 145. quæ linea 23. a verbis: *Jo. Barthol. Marlianus* vſque ad finem Paragraphi ſequuntur nolim ſcripta, quia dudum vidi, vocem IMP. cum adjuncto numero in ejusmodi Romanorum monumentis non ſignificare annos Imperii.

p. 171. lin. 12. *vero* l. autem.

p. 175. lin. 6. 7. *Abrahamo ſaltem oportet fuiſ-*

ſe

ſe ſuperſtitem, l. vltimis Abrahami temporibus regnaſſe oportet.

p. 190. lin. 4. *poſt Abrahami mortem adhuc* l. vltimis Abrahami temporibus.

p. 230. i. f. §. *poſt illos* 70. *annos demum conſtitutos eſſe*, *dixerim* l. tenui prorſus autoritate fuiſſe perſuaſum habeo.

p. 240. lin. vlt. *fuiſſe impoſſibiles* l. fieri non potuiſſe.

p. 246. lin. 13. poſt *amplectantur* adde: Sed & a Nino demum computandi initium facit Diodorus, neglectis ante eum Regibus, quorum memoriam durare negat.

p. 247. lin. 20. a verbis *Sed hic*, vſque lin. 24. verba *omiſſam eſſe*, l. Sed hic chilias vel negligentia librariorum e Textu excidit, vel quod malim, in numeris epochæ, quos vocant, ordinalibus more gentium Aſiaticarum omiſſa, imprudenter neglecta etiam fuit in Cardinalibus. Hoc.

p. 249. lin. 5. deleantur verba: *vel Aſſurem*, *vel*.

p. 264. lin. 20. del. *rurſus*.

p. 280. lin. 10. poſt *idque omne*, adde: vt indicat

dicat Athnachus totum comma in tempus & triſtia temporis fata diſpertiens.

p. 281. lin. 11. poſt *nequit* adde: ad quam promittitur reuerſio.

p. 284. lin. 18. poſt *deſcendere*, adde: (Nam quia terra Canaan Patribus pro pignore edendi ibi in lucem Meſſiæ tradita erat, DEVS quoque Iſaaco eam ob cauſam abitum in Aegyptum interdixerat Gen. XXVI, 2 ſeqq. timebat Jacobus, ne ex terra promiſſionis diſcedens ipſius promiſſionis jacturam faceret. Itaque ei, *Ne verere*, inquit DEVS, *in Aegyptum deſcendere*,) Lin. 28. poſt *cæli*, adde: corpusque tuum exanime huc reportabitur ſepeliendum.

p. 290. lin. 6. *precoces* l. præcoces.

p. 306. lin. 24. *major eſt Gereſcho* l. diſtinctiuus eſt Gereſchi.

p. 307. lin. 14. poſt *occultum* adde: Ita anno quadrageſimo Deut. I, 3. non additur exitus ex Aegypto: vbi tamen nullum eſt dubium, quin annus ille epochæ exitus ex Aegypto ſit.

p. 337. lin. 7. *4697*. l. 4698. Lin. 8. *4577*. l. 4578.

4578. Ibid. del. verba: *quem excipit annus 4578.* Lin. 10. *4197.* l. 4198. Lin. 11. 12. *cum Martio ejus anni incipiens* l. Aſiaticæ ſcil. cum Monarchia Seleuci Aſiatica incipientis. Lin. 24. *748.* l. 749. Ibid. & lin. 25. 26. pro 7. i. f. ſemper ſit 8. Lin. 29. l. (749 †4260 = 5009) − 811 = 4198.

p. 338. lin. 4. *4196.* l. 4197. Lin. 28. l. (749 †5352 = 6101) − 1904 = 4197.

p. 339. lin. 8. *61. h. e. 161.* l. 60. h. e. 160.

p. 340. lin. 3. *313.* l. 312. & lin. penult. *313 = 3761.* l. 312 = 3760.

p. 393. lin. vlt. XVIII. l. XIV.

p. 407. lin. 2 ſeqq. l. quare cum annus CHRISTI 29. ſit 15. Tiberii; reſtant pro annis Miniſterii anni Tiberii 16. 17. & 18. cum initio decimi noni. Magnam autem affert vtilitatem diuerſam numerandorum annorum Tiberii hic noſſe rationem: nam qui ex Veteribus CHRISTVM mortuum eſſe dicunt anno Tiberii decimo nono, annum Epochæ ſiue Judaicæ ſiue Julianæ; qui vero decimo octauo, annum imperii intelligunt. Illi fragmenta etiam annorum

norum imputant in annos, vbi hi non niſi plenos annos reſpiciunt.

p. 463. lin. 15. del. *excidium*, & lin. 16. 17. l. raptum Helenæ Thraſyllus apud Clem. Alex. annos 320. quibus ſi addas ex Homero annos viginti.

Hæc & Addenda alia, quæ mihi præſto ſunt, longe plurima, nouam editionem Chronologiæ S. poſcere dixeris, at ſi obſtantes ſeculi mores, laborum meorum ordinariorum molem & accedens ſenium conſideres, vix ſperandam.

In Defenſione Reſtitutæ Antiquitatis

Pag. 63. lin. 7. poſt *omnium* adde: h. e. ſi interpretatio ex mente Alethæi facienda, non ad omnia cum agnatis vel affinibus adulteria.

p. 69. lin. 18. *conjugii* l. Sabbathico.

Ad p. 171. Dyn. XVI. liceat afferre conjecturam meam, vbi in hoc laterculo nomina

mina duplicata, e. g. Chuter Taurus, Choma Ephtha &c. occurrunt, duos Reges indicari, quorum anni junctim exhibiti. Ita Ochy ſucceſſor *Anchunii*, Pharaonis, ſub quo Moſes natus & exul, Exod. I, 22. II, 15. 23. IV, 19. vnde colligitur, hunc Pharaonem vltra 80. annos regnaſſe, Exod. II, 5. VII, 7. Videtur autem nomen Anchunii adeptus a gemitu Iſraëlitarum ſub ipſo, ויאנחו Exod. II, 23. Ponatur ergo hic Anchunius loco Anonymi n. 33. eique tribuantur 92. & τῷ Ochy 3. anni. In calce etiam laterculi hoc pacto præter Buſiridem, Aegyptum & Danavm, quatuor tantum indigebimus Anonymis. Sed hæc forſan majorem aliquando accipient lucem ac probabilitatem.

In hac denuo Illuſtrata Chronologia

Pag. 32, 9. *interpretationibus* lege interpretationibus. 59, 15. *ſaguine* l. ſanguine.

guine. 63, 23. *coagmentatos* l. coagmentatas. 66, 11. *inſcipere* l. ſuſcipere. 106, 6. poſt *poſitum* inſere (*) & infra ſubjunge: (*) Nemo adhuc ea de re ſolidiora in lucem protulit, quam Vir Clariſſ. Chriſti. Fried. Bauer in libro cui titulus; *Die vernünfftige Gewiſſheit der Hebræiſchen Accentuation*, *Lipſ.* 1730. At repræſentationes ipſius tabulares plus difficultatis mihi habere videntur noſtris. Nec diffitemur noſtrum in nonnullis diſſenſum. 112, 2. *attinet quod* l. *attinet ad.* 141, 2. *eſtaxiſſe* l. effluxiſſe. 147, 6. 2. l. 1. & lin. 7. poſt 3. adde: & quidem ex fœdere C. XX, 34. 201, 19. *Kedar* l. Kedor. 229, 11. *tamen* l. quamvis. lin. 12. *ideoque a ſeptentrionibus imminentes* l. ideoque, quia Meſopotamia Babyloni borealis, a ſeptentrionibus imminere. 257, 12. *XII*, 4. l. XII, 40. 258, 4. *quod* l. *quam* (Ezech. XXVIII, 2.) 284, 6. — 278 l. † 278. 293, 27. *defenſio* l. *defenſio.* 303, 19. *Fbræorum* l. *Ebræorum.* 312, 1. *C. VII.* l. C. XVII. 316, 13. adde: Si DEO placuiſſent Satanæ conſilia, non prænunciaſſet Micha Achabo inſtantem interitum, v. 16. 17. 322, 13. *alioquium* l. alloquium. 335, 23.

Dd *im-*

importauit Syriam, *in* l. importauit, Syriam in. 366, 14. *proprior* l. propior. lin. 19. *Addimns* l. Addimus. 367, 14. *fecerunt* l. fecerunt. 379, 14. *quantnm* l. quantum. 387, 19. *fini* l. fini- lin. 25. add. Cæterum B. Acoluthi ſententiam ſingularem de lingua Armenica rejicit etiam Joh. Joach. Schrœderus *Theſaur. Lingu. Armen. Diſſert. Iſagag.* p. 53. *Cum Aegyptia antiqua*, inquit, *Armenicam eandem eſſe, admodum inconuenienter dictum, ſed nunquam probatum eſt.* Vide tamen eandem ſententiam pluribus explicatam & miris laudibus celebratam in ipſius Acoluthi epiſtolis a Celeberr. Heumanno communicatis Poëc. T. 2. p. 546. 547. 550. 555.

APPEN-

APPENDIX II.

monſtrans

Viam nouam indagandi, ope annorum quos ſtatuimus Mundi, Eclipſes, præſertim in veteribus Sinarum libris notatas.

Luminarium cœleſtium deliquia, non quidem prout ſubductis rationibus in Hiſtoriam ab Aſtronomis inferuntur, ſed vt in Hiſtoricis ex communi relationum fidelium & experientiæ fonte rebus geſtis & eventis aſperſa reperiuntur & deinceps ab Aſtronomis inueſtigantur, certos prorſus & præclaros temporum vetuſtorum eſſe cuſtodes, nemo facile in dubium vocabit. Cum autem nullius gentis monumenta crebriori atque antiquiori eclipſium Solis mentione antecedant antiquitates Sinicas, eruditis non poteſt non eſſe gratiſſima Eclipſium Solis ſedecim in Hiſtoria aliisque veteribus Sinarum libris notatarum & a Jeſuuita Ant. Gaubil computatarum collectio, quam nu-

per publicauit Stephanus Souciet in libro, cui titulus: *Obſeruations Mathematiques, Aſtronomiques, Geographiques, Chronologiques, & Phyſiques, tirées des anciens livres Chinois; ou faites nouvellement aux Jndes & à la Chine, par les Peres de la Compagnie de J. à Paris M. DCC. XXIX.* Non tamen diſſimulandum, varia nos hic in diligentia ſiue Gobilii ſiue Sucieti deſiderare. Præcipue notamus verba Gobilii: (a) *Si annus ante Chriſtum 776us Cycli XXXIII. ſecundus fuit, annus Chriſti 1us fuit Cycli Sinenſis XLVi annus 55 us. Atque inde conſequens eſt initium illius æræ, ſeu Cycli I. Sinenſis annum primum incidere in annum ante Chriſtum 2695.* Ipſe nimirum Gobilius teſtatur (b), Anno CHRISTI 1723. reſpondere Cycli Sinenſivm 74i annum Quei Mao i. e. 40. At 73x60 † 40 = 4420. vnde demti A. C. 1723. relinquunt annum ante æram CHRISTI vulgarem 2697. qui ab anno 1. CHRISTI incluſo retro numeratus, etiam apud Marti-

(a) p. 29.
(b) p. 28.

Martinium (c) eſt primus Cycli primi ſexagenarii Sinenſium. Itaque nec annus primus æræ vulgaris CHRISTI erit Cycli 45^{i} 55us ſed 58us: nam 4420 — 1722 = 2698 = (32x60) † 2 † 776 = 44 Cyclis ſexagen. & 58 annis. Optauerim quoque 1.) vt Gobilius verba veterum librorum Sinicorum de Eclipſibus vndecim prioribus non ſecus protuliſſet ac de quinque poſterioribus; 2.) vt, vbi dies Sinarum a media nocte incipere monet (d), ſimul ſignificaſſet, in præcedenti & ſequentibus Tabulis dies adhibitos eſſe Aſtronomicos a meridie incipientes, quemadmodum Lectores noſtros meminiſſe volumus, dies in Chronologia noſtra ſemper numerari ab hora ſexta veſpertina excl. 3.) vt ſingulis Eclipſium deſignationibus addidiſſet initium anni Sinici, a quo menſes computandi, quia, vt Sucietus alibi (e) tradit, initium illud non ſemper gradui 15. Aquarii, ſed & aliquando alii Zodiaci Signo, e. g. ſub Familia Cheu, h. e.

 ab

(c) Hiſt. Sin. p. 14.
(d) p. 28.
(e) p. 182 ſeq.

ab A. M. 3388. vſque 4261. ingreſſui Solis in Capricornum alligatum fuit; 4.) vt in calculo ſemper rationem etiam habuiſſet Characterum diei ſecundum Cyclum ſexagenarium, nam quia tantum in poſteriorum quatuor eclipſium comprobatione ad conuenientiam Characteris cum die ecliptico prouocat, ad eam in reliquis animum non attendiſſe mihi videtur.

Accuratiora igitur quadantenus ante oculos proponemus, omnes illas 16. eclipſes a Gobilio Pekini computatas earumque lunas & cyclicos dies annis Mundi noſtris, in facilem plane atque expeditam analyſin diductis, demonſtraturi. Ipſas quidem eclipſium horas & quantitates hac ratione accurate definire non potui, nec id a me poſtulabunt calculi Aſtronomici & diſcriminis inter motum Planetarum medium ac verum aut viſum quomodocunque gnari. Forſan tamen aliquando qualescunque Proſtaphæreſium componi poterunt Tabulæ, quibus temporis inuenti propior fiat ad verum reductio. Sufficit interim, ex noſtra Chronologia tantam & tam perpetuam hic naſci appropinquationem,

nem, vt in illius veritate tuenda omnium ſeculorum Solem & Lunam teſtes citare queamus. Quis reluctabitur amplius, quis repugnabit, niſi qui aduerſus Solem loqui non erubeſcit? Adjungemus adhuc alias duas eclipſes: alteram, vt appareat Celeberr. Kirchium ſcientia Aſtronomica non eſſe inferiorem quam Jeſuvitas Sinenſes; alteram, vt intelligatur, methodum noſtram ea niti hypotheſium conſtantia, vt etiamnum ad explorandas eclipſes vtiliter adhiberi poſſit. Poſtremo vt noſtra eo magis pateant, ſubnectimus nomina annorum & dierum Cycli Sinarum ſexagenarii, adhuc non niſi in libris rarioribus obuia. Ante autem vt experientia ſatis firmatum aſſumimus:

1.) Solares Eclipſes contingere ſolere, quando tempore Nouilunii Motus Latitudinis Lunæ medius eſt infra 18 grad. vel ſupra 163 gr. & infra 198 gr. vel ſupra 343 gr.

2.) Eſſe quantitatem Anni $= 31556908'' = \odot$
Menſis Synodici $= 2551449'' = \bullet$
Menſis Dracontici $= 2351141'' = ☊$
Moræ Lunaris in gradu orbitæ $= 6557''$.

 tem-

tempus ab ingreſſu Solis in
15 gr. Aquarii vſque
ad Aequinoctium autumnale (f) = 19990080″ = ♒
fragmentum menſis reſiduum
ſubtrahendum = ☽
complementum menſis addendum = ☾

3.) A die primo Mundi conditi vſque ad diem primum Cycli dierum ſexagenarii Sinenſis effluxiſſe dies 137.

ECLIPSES SOLIS DVODEVIGINTI a Sinenſibus obſeruatæ.

I. Eclipſis anni ante primum CHRISTI 2155.

Teſtimonium Hiſtoricum: L' Obſeruation de cette éclipſe eſt dans le Chouking, comme aſſurent vnanimement les interprétes depuis plus de 100 ans avant J. C. juſq' à nos tems. Elle eſt dans le texte de l' Hiſtoire Chinoiſe la plus ancienne qu' on ait. *Souciet p. 30.* Obſeruata eſt IXæ Lunæ 1. d. Imperatoris Tcheng Kam anno 1. & contigit ſecundum Ant. Gaubil Octobr.

(f) Conf. Chronol. hujus denuo illuſtratæ p. 22.

Octobr. 10 d. compl. 18 h. 46′. 19 h. Aſtron. = 7 h. mat. Eclipſis quantitas 50′.

Calculus noſter: 4510 — 2155 = 2355. in Can. n. 4. Chum Kam.

2355 ☉ — ♒ diviſ. per ● relinquunt ● — 54691″.

2355 ☉ — ♒ † ☾ † 8 ● (= 859785 d. 13. h. 47′.) div. per ☊ relinqu. 173 grad.

859786 — 137 div. per 60. relinqu. Cycli 29 d = Gjin Shin. 13 h. poſt 6 h. veſp. = 7 h. mat.

II. Eclipſis anni ante I. CHRISTI 776.

Teſtimonium Hiſtoricum: Cette éclipſe eſt dans le texte du Chi King, dans l' Aſtronomie des Han, & dans le texte de l' Hiſtoire. *Souc. l. c.* Obſeruata eſt Xa Lunæ 1 d. qui fuit Sin Mao, Imperatoris Yeouvam an. 6. & contigit ſecundum Ant. Gaubil Sept. 5. d. compl. 23 h. 48′. Quantitas 4 dig. Locus Solis 4 gr. 53′ Virg.

Virg. qui non ſecus ac quæ ſupra de initio anni ſub Familia Cheu dicta ſunt, clare indicat, primam tunc Neomeniam non adhæſiſſe Aquario. 24 h = 12 h. merid.

Calculus noſter: 4510 — 776 = 3734. in Can. n. qua partem an. Sin. poſter. 6. Imp. Yeu Vam Familiæ Cheu.

3734 ☉ — ♒ div. per ● reddunt 46175 ● † 346817″.

3734 ☉ — ♒ — ☽ † 7 ● (= 1363784 d. 22 h. 15′.) div. per ☊ relinqu. 188 gr.

1363785 — 137 div. per 60. relinqu. Cycli 28 d = Sin Mao. 22 h = 4 h. pomer.

III. Eclipſis anni ante I. CHRISTI 720.

Teſtimonium Hiſtoricum: Obſeruata eſt II. Lun. die Ki Ssu, Imper. Pim vam an. 51. & contigit ſecundum Ant. Gaubil Febr. 21 d. 22 h. 57′. Quantitas 8. dig. Locus Solis 25. gr. Aquar. De initio anni vid. annot. ad Eclipſ. 2.

Cal-

Calculus noſter: 4510—720 = 3790. in Can. n. qua part. an. Sin. poſter. 51. Imp. Pim Vam Familiæ Cheu.

3790 ⊙ — ♒ div. per ● relinqu. ● — 620492″.

3790⊙ — ♒ † ☾ (= 1384042 d. 23 h.) div. per ☊ relinqu. 347 gr. 49′..

1384043 — 137 div. per 60. relinqu. Cycli 6 d = Ki Su.

IV. Eclipſis anni ante I. CHRISTI 709.

Teſtimonium Hiſtoricum: Obſeruata eſt VIIæ Lunæ 1 d. qui fuit Jin Chin, Imper. Huon Vam an. 11. & contigit ſecundum Ant. Gaubil Jul. 17 d. compl. 3 h. 5′. fuitque totalis. Locus Solis 16 gr. 2′. Cancri. De init. anni v. annot. ad Ecl. 2. 3 h = 3 h. pomer.

Calculus noſter: 4510 — 709 = 3801. in Can. n. qua part. anni Sin. poſter. 11. Imp. Huon Vam Familiæ Cheu.

3801 ⊙ — ♒ div. per ● relinqu. ● — 491568″.

3801

3801 ☉ — ♒ † ☾ † 5 ●(= 1388206d. 18 h.47′.) div. per ♈ relinqu. 352 gr. 10′.

1388206 — 137 div. per 60. relinqu. Cycli 29 d = Gjin Shin. 19 h. = 1 h. pomer.

V. Eclipſis anni ante I. CHRISTI 601.

Teſtimonium Hiſtoricum: Obſeruata eſt Autumni tempore, die Ka Tſu, Imper. Tim Vam an. 6. & contigit ſecundum Ant. Gaubil Sept. 19 d. compl. 2 h. 51′. fuitque totalis. 2 h = 2 h. pomer.

Calculus noſter: 4510 — 601 = 3909. in Can. n. qua part. anni Sin. poſter. 6. Imp. Tim Vam Familiæ Cheu.

3909 ☉ — ♒ div. per ● relinqu. ● — 1081368″.

3909 ☉ — ♒ † ☾ † 7 ●(= 1427718 d. 19 h. 20′.) div. per ♈ relinqu. 349 gr. 35′.

1427718 — 137 div. per 60. relinqu. Cycli 1 d = Kia Tſu. 20 h. = 2 h. pomer.

VI.

VI. Eclipſis anni ante I. CHRISTI 549.

Teſtimonium Hiſtoricum: Obſeruata eſt VII*a* Lunæ 1 d. qui fuit Kia Tſu, Imper. Lim Vam an. 23. & contigit ſecundum Ant. Gaubil Jun. 18 d. compl. 0 h. 56′. fuitque totalis cum mora. Locus Solis 20 gr. 19′. Geminorum. V. de init. an. annot. ad Ecl. 2. 0 h = 12 merid.

Calculus noſter: 4510 — 549 = 3961. in Can. n. qua part. anni Sin. poſter. 23. Imper. Lim Vam Familiæ Cheu.

3961 ☉ — ♒ div. per ● relinqu. ● — 703859″.

3961 ☉ — ♒ † ☾ † 4 ● (= 1446618 d. 10 h. 16′.) div. per ☊ relinqu. 179 gr. 26″.

1446618 — 137 div. per 60. relinqu. Cycli 1 d = Kia Tſu. 11 h = 5 h. matut.

VII. Eclipſis anni ante I. CHRISTI 495.

Teſtimonium Hiſtoricum: Obſeruata eſt VIII*a* Lunæ 1 d. qui fuit Keng Chin, Imper. Kin vam an. 25. & contigit ſecundum An-

Anton. Gaubil Jul. 21. d. compl. 23 h. 12′. Quantitas fuit 4 dig. 55′. & locus Solis 21 gr. 35′. Cancri. V. de init. anni annot. ad Ecl. 2. 23 h = 11 h. antemer.

Calculus noſter: 4510 — 495 = 4015. in Can. n. qua part. anni Sin. poſter. 25. Imper. Kim Vam Familiæ Cheu.

4015 ☉ — ♒ div. per ● relinqu. ● — 998759″.

4015 ☉ — ♒ + ☾ † 5 ●(= 1466374 d. 10 h. 32′.) div. per ☊ relinqu. 178 gr.

1466374 — 137 div. per 60. relinqu. Cycli 17 d = Ken Shin. 11 h. = 5 h. antemer.

VIII. Eclipſis anni ante I. CHRISTI 382.

Teſtimonium Hiſtoricum: Obſeruata eſt Imper. Ngai vam an. 20. & contigit ſecundum Ant. Gaubil Jul. 2d. compl. 20 h. 31′. fuitque totalis. Locus Solis 4 gr. 10′. Cancri. 21 h = 9 h. antemer.

Calculus noſter: 4510 — 382 = 4128. in Can. n. qua part. anni Sin. poſter. 20. Imper. Ngan Vam Familiæ Cheu.

4128

4128 ☉ — ♒ div. per ● reddunt 51048 ● † 557592″.

4128 ☉ — ♒ — ☽ † 5 ● (= 1507628 d. 18h. 29′.) div. per ☊ relinqu. 184 gr. 51′.

1507629 — 137 div. per 60. relinqu. Cycli 52 d = Yi Mao. 18 h. = 12 h. merid.

IX. Eclipſis anni ante I. CHRISTI 198.

Teſtimonium Hiſtoricum: Obſeruata eſt VIæ Lunæ vlt. d. qui fuit Y Oui, Kaoſſu an. 9. & contigit ſecundum Ant. Gaubil Aug. 6 d. compl. 23 h. 24′. fuitque Centralis annularis.

Calculus noſter: 4510 — 198 = 4312. in Can. n. qua part. anni Sin. poſter. 9. Kao Su Ti.

4312 ☉ — ♒ div. per ● relinqu. ● — 69260″.

4312 ☉ — ♒ † ☾ † 6 ● (= 1574870 d. 1 h. 59′.) div. per ☊ relinqu. 181 gr. 48′.

1574869 — 137 div. per 60. relinqu. Cycli 32 d = Yi Vi.

X. Eclipſis anni ante I. CHRISTI 181.

Teſtimonium Hiſtoricum: Liber Ouen Tien Ting Kao dicit accidiſſe Eclipſin hanc Reginæ Liou Hiou anno 7. *Souc. p. 24.* Secundum Ant. Gaubil accidit Mart. 5 d. compl. 0 h. fuitque totalis. Locus Solis 10 gr. Piſc. 0 h = 12 h. mer.

Calculus noſter: 4510 — 181 = 4329. in Can. n. qua part. anni Sin. poſter. 7. Kao Li Heu Familiæ Han.

4329 ☉ — ♒ div. per ● reddunt 53534 ● † 593886′′.

4329 ☉ — ♒ — ☽ † 1 ● (= 1580923 d. 20 h. 50′.) div. per ☋ relinqu. 348 gr. 36′.

1580924 — 137 div. per 60. relinqu. Cycli 27 d = Ken Yin. 20 h = 2 h. pomer.

XI. Eclipſis anni ante I. CHRISTI 2.

Teſtimonium Hiſtoricum: Obſeruata eſt Ia Lunæ 1 d. qui teſte Ouen Tſien Ting Kao

Kao fuit Sin tcheou, Nguiti anno 5. & contigit ſecundum Ant. Gaubil Febr. 4 d. compl. 19 h. 57′. Locus Solis 14 gr. Aquarii.

Calculus noſter: 4510 — 2 = 4508. in Can. n. qua part. anni Sin. poſter. 5. Hiao Ngai Ti.

4508 ⊙ — ♒ div. per ● redd. 55748 ● † 362331″.

4508 ⊙ — ♒ — ☽ (= 1646275 d. 8 h.) div. per ☊ relinqu. 184 gr 48′.

1646275 — 137 div. per 60. relinqu. Cycli 38 d = Sin Tcheu.

XII. Eclipſis anno CHRISTI I.

Teſtimonium Hiſtoricum: Ouen Tſſien Tang Kao ait: Imperatoris Pin Ti anno I. Lunæ Væ Ia die ⊙ Eclipſis. Literas dici ſcribit Ting ſſe, *Souc. p.* 25. Contigit autem ſecundum Ant. Gaubil Jun. 8 d. compl. 22 h. 53′. Locus Solis 16 gr. Gem. 22 h = 10 h. antemer.

Calculus noſter: 4510. in Can. n. qua part. anni Sin. poſter. primus Imperatoris Hiao Pim Ti. Itaque, hæc Eclipſis probat, 7ω̃ Ngai Ti non 5. tantum, vt nonnulli opinantur, ſed 6. annos aſſignandos eſſe.

4510 ☉ — ♒ div. per ● relinqu. ● — 300077″.

4510☉ — ♒ †☾ † 4 ●(= 1647131 d. 14 h. 34′.) div. per ☊ relinqu. 352 gr. 3′.

1647131 — 137 div. per 60. relinqu. Cycli 54 d = Tingh Su. 15 h = 9 h. antemer.

XIII. Eclipſis anno CHRISTI 2.

Teſtimonium Hiſtoricum: Obſeruata eſt IXæ Lunæ vlt. d. qui fuit Ou Chin, Imper. Pim Ti an. 2. & contigit ſecundum Ant. Gaubil Sept. 21 d. compl. 22 h. 57′. fuitque totalis. Locus Solis 29 gr. Scorp.

Calculus noſter: 4509 † 2 = 4511. in Can. n. qua part. anni Sin. poſter. 2. Imper. Hiao Pim Ti.

4511

4511 ☉ — ♒ div. per ● redd. 55785 ● †639443″.

4511 ☉ — ♒ — ☽ † 10 ● (=1647663 d. 3 h. 49′.) div. per ☊ relinqu. 184 gr. 47′. 1647662 — 137 div. per 60. relinqu. Cycli 5 d = Vu Shin.

XIV. Eclipſis anno CHRISTI 30.

Teſtimonium Hiſtoricum: L' Année XXX de J. C. il y eut vne Eclipſe, que les Annales de la Chine diſent être arrivée l' An VI. de Quang-vu-ti, le dernier jour du 9 Mois, qui eſt marqué avec le Caractére Ping-jin. *Biblioth. Germ. Tom. 5. p. 47. 56.* Accidit autem ſecundum Celeberr. Kirchium Pekini Nov. 14 d. 7 h. 2′. matut. & fuit 5 dig.

Calculus noſter: 4509 † 30 = 4539. in Can. n. qua part. anni Sin. poſter. 6. Quam Vu Ti.

4539 ☉ — ♒ div. per ● relinqu. ● — 1119936″.

4539 ☉ — ♒ † ☾ † ♀ ● (= 1657880 d. 18 h. 25′.) div. per 8 relinqu. 356 gr. 1657880 — 137 div. per 60. relinqu. Cycli 3 d = Pingh Yin. 18 h — 12 h. merid.

XV. Eclipſis anno CHRISTI 31.

Teſtimonium Hiſtoricum: Obſeruata eſt in Caifonfu, IIIæ Lunæ vlt. d. qui fuit Kouei Hai, Imper. Qûam-vou-ti an. 7. & contigit ſecundum Ant. Gaubil Maj. 8 d. compl. 22 h. 33′. cum Solis locus 16 gr. Tauri, fuitque Centralis annularis. At ſecundum Celeberr. Kirchium accidit Pekini Maj. 10 d. labente 7 h. 48′. matut. fuitque 6 digitorum 42′. Vid. *Biblioth. Germ. l. c. p. 44.* 8. d. aſtron. = 8 h. ciu. † 12 h. Sic 8 d † 12 h † 22 h † 33′ = 9 d † 10 h † 33′. Cum igitur medium eclipſeos ſecundum Kirchium inciderit in 8 h. 55′. & finis in 10 h. 19′. manifeſtum eſt, Kirchium differre a Gobilio, ſi initium reſpicias, 2 h. 45′. ſi medium, 1 h. 38′. ſi finem, 14′. Differ. Merid. Pekini & Caifonfu importat 0 h. 5′, 20″. *Souc.* p. 257. 283.

Cal-

Calculus noſter: 4509 † 31 = 4540. in Can. n. qua part. anni Sin. poſter. 7. Imper. Quam Vu Ti.

4540 ☉ — ♒ div. per ● relinqu. ● — 180416″.

4540 ☉ — ♒ † ☾ † 3 ● (= 1658057 d. 22h. 50′.) div. per ☊ relinqu. 180 gr. 51′.

1658057 — 137 div. per 60. relinqu. Cycli 60 d = Quei Hai.

Hæc eſt illa Eclipſis, quam cum tenebris, quibus tempore mortis CHRISTI obrutus terrarum orbis, Alphonſus Berolinenſis confundit (g). Ex conſideratis autem hactenus eclipſibus non apparet, idem ſemper fuiſſe regni Imperatorum Sinenſium initium quod anni ſolaris. Eclipſis XIa incidens in initium anni, dicitur accidiſſe Nguiti anno 5. vnde facile oritur ſuſpicio, initium regni Nguiti non fuiſſe ſimul initivm anni. Accedit, qvod anni Sinenſium ciuilis non ſemper idem fuit initium, & quod menſes intercalares quandoque tardare po-

(g) Conf. Chronol. hujus denuo Illuſtr. p. 22 ſeqq.

potuerunt annorum initia. Qua de re memoratu digna ſunt hæc Sucieti verba (h): Le premier jour du Printemps eſt celui où le Soleil entre dans le 15° de Aquarius. Depuis la Dynaſtie des Han, la prémiere Lune Chinoiſe eſt celle durant les jours civils de laquelle le Soleil par ſon mouvement vrai entre dans les poiſſons. Quand pendant tout le cours des jours civils d' vne Lune le Soleil n' entre dans aucun ſigne, & demeure toûjours dans celui où il étoit au commencement de la Lune; la Lune eſt Jun, intercalaire, & l' annéc a 13 Lunes. Facile igitur annus Quamuuti ſeptimus A. C. 30. a menſe tertio demum incipere & vſque ad Paſcha anni ſequentis pertingere potuit.

XVI. Eclipſis anno CHRISTI 65.

Teſtimonium Hiſtoricum: Liber Ouen Tſien Tang Kao ait: Anno 8. Mim Ti Lunæ

Xæ

(h) l. c. p. 18 ſeq.

Xæ vltima die ☉ eclipſis. Literæ cyclicæ diei Jin yn. P. Couplet ſcribit A. C. 65. fuiſſe 8. Imperatoris Mim Ti, *Souc. p. 25 ſeq.* Contigit autem eclipſis illa ſecundum Ant. Gaubil Dec. 14 d. compl. 22 h. 35′. Locus Solis 23 gr. Sagittarii.

Calculus noſter: 4509 † 65 = 4574.

4574 ☉ — ♒ div. per ● redd. 56564 ● † 1145876″.

4574 ☉ — ♒ — ☽ † 11 ● (= 1670697 d. 1 h. 46′.) div. per ☋ relinqu. 347 gr. 12′.

1670696 — 137 div. per 60, relinqu. Cycli 39 d = Gjin Yin.

XVII. Eclipſis anno CHRISTI 638.

Teſtimonium Hiſtoricum: Liber Ouen Hien Tong Kao ait: Anno XII. Taitſong Luna 2a intercalari ☉ Eclipſis. Dies erat Keng Chin, *Souc. p. 26.* Contigit autem hæc Eclipſis ſecundum Ant. Gaubil Mart. 20 d. compl. 5 h. 46′. Locus Solis 3 gr. Arietis. 6 h = 6 h. veſpert.

Calculus noſter: 4509 † 638 = 5147.

5147 ☉ — ♒ div. per ● redd. 63651 ● † 1135097″.

5147 ☉ — ♒ — ☽ † 2 ● (= 1879715 d. 1 h. 59′.) div. per ☊ relinqu. 353 gr. 36′.

1879714 — 137 div. per 60. relinqu. Cycli 17 = Ken Shin. 1 h = 7 h veſpert.

XVIII. *Eclipſis anno CHRISTI* 1719.

Teſtimonium Hiſtoricum: Eclipſis hæc obſervata Pekini a Jeſuvita Keglero, Præſide Tribunalis Mathematici, Febr. 19 d. 2 h. 38′. *Souc. p. 31.*

Calculus noſter: 4509 † 1718 = 6227.

6227 ☉ div. per ● relinqu. ● — 81517″.

6227 † ☾ † 5 ● (= 2274510 d. 11 h. 21′.) div. per ☊ relinqu. 348 gr. 44′.

Nomina

Nomina ſiue annorum ſiue dierum Cycli Sexagenarii Sinici,

prout ea expreſſit Oliuer Dapper Batauus (i), Thomas Hyde Anglus (k) & Antonius Gaubil Gallus (l).

Dapper.	*Hyde.*	*Gaubil.*
1. Kia-ſſu.	Kia Ssu.	Kia Tſu.
2. Yi-cheu.	Yi Tcheu.	Y Tcheou.
3. Ping-yin.	Pingh Yin.	Ping Jn.
4. Ting-mao.	Tingh Mao.	Ting Mao.
5. Vu-xin.	Vu Shin.	Ou Chin.
6. Ki-su.	Ki, Su.	Ki Ssu.
7. Ken-v.	Ken U.	Keng Ou.
8. Sin-vi.	Sin Vi.	Sin Oui.
9. Giu-xin.	Gjin Shin.	Jin Chin.
10. Quei-yeu.	Quei Yeu.	Kouei Yeou.

(i) Tweede en Derde Geſandſchap na het Keyſerryck van Tayſing of China p. 497. b.
(k) Hiſtor. Relig. Veterum Perſarum Cap. 18. p. 235.
(l) Obſeruations Mathematiques &c. publiées par le P. E. Souciet p. 27.

11. Kia-sio.	Kia Sio.	Kia Siu.
12. Yi-hai.	Yi Hai.	Y Hai.
13. Ping-ſu.	Pingh Sſu.	Ping Tſu.
14. Ting-cheu.	Tingh Tcheu.	Ting Tcheou.
15. Vu-yin.	Vu Yin.	Ou Yn.
16. Ki-mao.	Ki Mao.	Ki Mao.
17. Ken-xin.	Ken Shin.	Keng Chin.
18. Sin-su.	Sin Su.	Sin Tſu.
19. Gin-v.	Gjin U.	Jin Ou.
20. Quei-vi.	Quei Vi.	Kouei Oui.
21. Kia-xin.	Kia Shin.	Kia Chin.
22. Yi-yeu.	Yi Yeu.	Y Yeou.
23. Pin-sio.	Pingh Sio.	Ping Siu.
24. Ting-hai.	Tingh Hai.	Ting Hai.
25. Vu-ſsu.	Vu Sſu.	Ou Tsu.
26. Ki-cheu.	Ki Tcheu.	Ki Tcheou.
27. Ken-yin.	Ken Yin.	Keng Yn.
28. Sin-mao.	Sin Mao.	Sin Mao.
29. Gin-xin.	Gjin Shin.	Jin Chin.
30. Quei-su.	Quei Su.	Kouei Tſou.
31. Kia-v.	Kia U.	Kia U.
32. Yi-vi.	Yi Vi.	Y Ouei.
33. Ping-xin.	Pingh Shin.	Ping Chin.
34. Ting-yeu.	Tingh Yeu.	Ting Yeou.
35. Vu-sio.	Vu Sio.	Ou Siu.

36.

36. Ki-hai.	Ki Hai.	Ki Hai.
37. Ken-ſsu.	Ken Sſu.	Keng Tſu.
38. Sin-cheu.	Sin Tcheu.	Sin Tcheou.
39. Gin-yin.	Gjin Yin.	Jin Yn.
40. Quei-mao.	Quei Mao.	Kouei Mao.
41. Kia-xin.	Kia Shin.	Kia Chin.
42. Yi-su.	Yi Su.	Y Tſu.
43. Ping-v.	Pingh U.	Ping Ou.
44. Ting-vi.	Tingh Vi.	Ting Oui.
45. Vu-xin.	Vu Shin.	Ou Chin.
46. Ki-yeu.	Ki Yeu.	Ki Yeou.
47. Ken-sio.	Ken Sio.	Keng Siu.
48. Sin hai.	Sin Hai.	Sin Hai.
49. Gin-ſsu.	Gjin Su.	Jin Ssu.
50. Quei-cheu.	Quei Tcheu.	KoueiTcheou.
51. Kia-yin.	Kia Yin.	Kia Yn.
52. Yi-mao.	Yi Mao.	Y Mao.
53. Ping-xin.	Pingh Shin.	Píng Chin.
54. Ting-su.	Tingh Su.	Ting Tſu.
55. Vu-v.	Vu U.	Ou Ou.
56. Ki-vi.	Ki Vi.	Ki Oui.
57. Ken-xin.	Ken Shin.	Keng Chin.
58. Sin-yeu.	Sin Yeu.	Sin Yeou.
59. Gin-sio.	Gjin Sio.	Jin Siu.
60. Quei-hai.	Quei Hai.	Kóuei Hai.

I.

I.

INDEX CAPITVM.

Prooemium de Inſtituti ratione pag. 1
CAP. I. de iniquitate Cultorum Caluini 8
II. de veſtigiis præclaris Hiſtoriæ S. in Monumentis Sinicis 21
III. de Cappellico veræ Chronologiæ contemtu 38
IV. de meliorum temporum Caluiniana, & de Calvinianis ſpe 50
V. de Theologia Chronologiæ Rambamiæ ſocia 62
VI. de firmo Chronologiæ præſidio in poſitu Hebraicorum Accentuum 94
VII. de Jubilæis imaginariis, & anno primo Sauli Regis Iſraël 113
VIII. de quiete tempore Aſæ & duobus Baëſis 130
IX. de epocha regni in familiam Amri translati 140
X. de Hieroſolyma a Chaldæis obſeſſa, expugnata

pugnata & percuſſa, longe plurimorum Scripturæ S. locorum phoſphoro 151
XI. de initio annorum ſeptuaginta Captivitatis Babylonicæ 183
XII. de Ahaſuero vero Eſteræ marito 192
XIII. de Rebus Cyri tempore Captiuitatis Babylonicæ 209
XIV. de excidio Babylonis veteris, & migratione Babylonica Judæorum poſtrema 225
XV. de Chronologia Judicum Paulina, Actor. XIII, 20. 239
XVI. de redintegranda Chronologia Judicum, repræſentans Canonem Annorum Judicum perfectiorem 268
XVII. de in Scriptura Sacra nuſquam DEO adſcriptis hominum peccatis 293
XVIII. de naſcendi Immanuelis ſignis, Jeſ. VII. & VIII. 320
XIX. de rebus Herodis & vtroque Adventu CHRISTI in libro Habakuk & Jeſ. XXX. 338
XX. de Idololatria tempore Templi 361

XXI.

XXI. de veræ Chronologiæ reliquiis in Armenia 378

Appendix I. exhibens nonnulla adhuc emendanda in Chronologia Sacra, Defenſione reſtitutæ Antiquitatis, & præſenti Chronologia Illuſtrata 405

Append. II. monſtrans Viam nouam indagandi, ope annorum, quos ſtatuimus Mundi, Eclipſes, præſertim in veteribus Sinarum libris notatas 419

II.

II.

INDEX LOCORVM S. SCRIPTVRAE,

ad quorum explicationem hic liber adjumento eſt.

GENES.

C. IV. v. 2. 15. p. 32.
V. 5. 60
VII. 4. 10. 398
 I. 4. 11. 400
 24. 401
VIII. 3. 399
 4. 398
 5. 6. 7. 402
 8. 10. 12. 13. 398. 403
IX. 22. 23. 37
X. 8. 10. 37
XI. 4. 37
XII. 4. 242
XIV. 1 ſeqq. 201
XV. 13. 413
XXII. 16. 17. 18. 80 ſq.
XXVI. 2 ſeqq. 413
XXVIII. 17. 80
XXXVIII. 1. 2. 11. 12. 14. 243
XLVI. 3. 413
 8. 258
XLIX. 10. 328 ſqq.
L. 21. 245

EXODI

I. 8. 245
II. 5. 23. 416
IV. 21. 299. 309
V. 1. 251
VI. 3. 6. 7. 251
VII. 7. 247. 416
VIII. 11. 309
IX. 13—17. 303 ſq.
X. 20. 27. 299
XI. 2. 3. 8. 251
 10. 299
XII. 40. 257 ſq.
XIV. 4. 8. 17. 299
XVII. 9 ſqq. 271
XIX. 16 ſqq. 83
XX. 2. 72
XXIX. 38. 42 ſqq. 365
XXXIII. 11. 271
 19. 303

LEVIT.

XXV. 8. 9. 10. 48
 10. ſqq. 286

NV-

NVMER.

VII. 2 ſqq. 331
XIII. 2. 3. 271
XVII. 6. 332
XXI. 18. ibid.
22. 269

DEVTER.

I. 3. 413
46. 261. 268
II. 14. 269
30. 312
35. 269
IV. 25. 26. 274
VIII. 2. 249
XII. 11. 13. 14. 365
XXV. 5. 139
XXX. 17. 18. 274

JOS.

XI. 19. 20. 313
XVI. 5. 366
XVIII. 1. ibid.
XX. 7. ibid.
XXI. 21. ibid.
XXII. 12. ibid.
19. 22. 23. 29. 365
XXIV. 25. 26. 366
29. 272
33. 366

JVDIC.

II. 7 ſq. 272
18. 267
III. 7. 8. 240 ſq.
8. 271
9. 262
V. 7. 278
6. 8. 277
VI. 1. 25. 278 ſq.
11. 279
IX 27. 280
X. 8. 119 ſqq.
XI. 4. 280
26. 263. 275
XIII. 1. 265
5. 266
XIV. 8. 282
XV. 1. 4. ibid. ſq.
20. 266
XVI. 31. ibid.
XVII ſqq. 272
XVIII. 30. 31. 240
XXI. 19. 366

RVTH.

I. 1. 281
IV. 10. 139

I. SAM.

I. 20. 21. 286

II. 5.	ibid.
25.	314
29.	267
33.	295 ſq.
VI. 1.	287
13.	124 ſq. 287
VII. 1.	287. 366
2. 13. 14.	287
XII. 1 2.	288. 294
12.	126
XIII. 1.	122 ſq. 125 ſqq. 288
5. 16. 22 23.	288
XIV. 3.	296
47 ſq.	289
XVII. 12.	295
XX. 6.	290
XXVII. 7.	291

II. SAM.

III. 1.	370
VI. 3. 4.	366
17.	369
VII. 11.	267
XII. 11. 12.	315
XV. 7.	97 ſqq.
XVI. 10.	315 ſq.
XVII. 14.	312
XXIV. 1.	316

I. REG.

III. 1. 2. 3.	363. 368
4.	367
VI. 1.	38. 44. 105. 110 ſqq.
7.	369
VII. 1.	249
VIII. 4.	369
XV. 16. 17. 27. 32.	134 ſq.
XVIII. 5.	246
XIX. 19.	259
XXI. 7.	141
XXII. 22.	316
40.	141

II. REG.

I. 17.	116
VIII. 16.	144
IX. 1. 14.	147
XV. 30.	116
XVIII. 10.	406
XXIII. 22.	249
XXIV. 10 ſeqq.	162
12.	164
18.	165
XXV. 1. 2.	157
8.	177 ſqq.

I. CHRON.

X. 13. 14.	297 ſq.
XVI. 39. 40.	364
XXI. 1.	316
29. 30.	364 ſq.

II. CHRON.

I. 1 ſqq. 364
3. 4. 370
V. 5. 369
VIII. 11. 370 ſq.
XI. 13. 16. 17. 372
XI. 1. ibid.
13. 371
XIII. 23. 134 ſqq.
XIV. 2 ſeqq. 136 ſq.
XV. 1 ſqq. 136 ſq.
19. 131 ſq.
XVI. 1. ibid.
7. 324
XXI. 1. 143
19. 145
XXII. 2. 140 ſqq.
XXXIV. 8. 406
XXXVI. 6. 7. 160
9. 150. 161
10. 162

ESR.

I. 11. 198
IV. 5 ſqq. 196
VII. 7. 198
VIII. 1 ſqq. ibid.

NEHEM.

VII. 5. 6. 7. 198

ESTER.

I. 1. 203. 205
II. 10. 20. 197
III. 7. 194
8. 197
7. 15. 206
VII 3. 4. 199
VIII. 1. 197
17. 199
IX. 11. 206 ſq.
X. 1. 200

PSALM.

XII. 7. 103 ſq.
XXXIV. 226
XXXVII. ibid.
LXIX. 23. 24. 28. 313
LXXVIII. 58 ſqq. 240
60. 67. 366
XXC. 1. 366
XXCI. 6. ibid.
CXI. CXII. CXIX. CXLV. ib.

CANT.

VIII. 6 ſqq. 57 ſqq.

JESAI.

VI. 9. 313 ſq.
VII. 8 ſqq. 320. 322 ſqq.
14. 325
16. 333 ſqq 337
15. 22. 335

VIII.

VIII. 1. 325
12. 324
XIV. 28. 29. 155
XXIX. 1 ſeqq. 311
10. 13. 14. 310
XXX. 23. 24. 354
25. 26. 353 ſqq.
27 ſqq. 359 ſq.
XXXII. 10. 312
XXXIII. 18. 355
XLIV. 27. 28. 223
XLV. 9. 304 ſq.
13. 213
LXVI. 2. 3. 340

JEREM.

VII. 12. 365
XXII. 11. 159
19. 161
XXV. 1. 18. 160
8 ſqq. 185
XXVIII. 1. 166
XXIX. 1. 2. 10. 185
XXXI. 12. 14. 15. 354
16. 17. 356
XXXIV. 8. 9. 14. 171
21. 158
XXXVII. 5. 11. ibid.
11. 12. 170
XXXIX. 1. 2. 157
XLI. 5. 366
L. 3. 23. 26. 39. 40. 45. 227 ſqq.
44 ſeqq. 230
LI. 46. 226
LII. 4. 5. 156 ſq.
12. 177 ſqq.
29. 176

THREN.

II. 17. 225
19. 20. 175
III. 49. 225
IV. 17. ibid.

EZECH.

I. 1. 2. 166
III. 15. 167
IV. 2. 3. 176
4. 5. 362 ſqq.
13. 376
V. 11. 363
VI. 2-3 13. 371
VIII. 6. 12. ibid.
XX. 5 ſeqq. 251
XXI. 18 ſeqq. 167 ſqq.
XXIV. 1. 157
1. 2. 173 ſq.
26. 27. 180
XXXIII. 21. 179 187
22. 180
XL. 1. 181. 187

DANIEL.

I. 1. 117
1. 2. 160
3. 6. 7. 188 ſq.
II. 1. 132 ſq.
III. 1 ſqq. 190
V. 221 ſqq.
VIII. 9. 52
14. 51. 53
IX. 1. 199 ſqq.
2. 191
1. 2. 217
27. 312
XII. 12. 53. 54

HOS.

III. 4. 137
V. 13. 340
VIII. 6. ibid.

AMOS.

I. 1. 321

HABAK.

I. 2 ſeqq. 343 ſqq.
6 ſeqq. 341
II. 345 ſqq.
III. 351 ſqq.

ZACHAR.

V. 234 ſqq.

MALACH.

III. 23. 342

MATTHAE.

I. 11. 259
12. 191
II. 1. 2. 351
16. 354
IV. 6. 7. 307
IX. 13. 391
XV. 8 9. 310
XX. 1 — 16. 86 ſq. 90 ſq.
XXII. 11. 91

MARC.

IV. 31. 260
VIII. 22 — 26. 408
XVI. 20. 327

LVC.

II. 39. 42. 357
III. 23. ibid.
VII. 47. 314
IX. 28. 259
XVI. 1 — 9. 88 ſqq.
XVIII. 1 — 8 88
XIX. 46. 340
XX. 16. 300
XXI. 29 ſeqq. 352

JOANN.

II. 12. 13. 357
20. 249. 260
IV. 5. 20. 366
20

20. 370
XII. 40. 314
XXI. 11. 56

ACTOR.

I. 3. 249
VII. 4. 242
IX. 22 — 25. 408
XI. 26. 409
XII. 1. ibid.
XIII. 17. 211
20. 40 ſqq. 392
XIII 21 ſq. 288. 296 ſqq.
40. 41. 341 344
45. 46. 311. 345
XX. 1. 2. 3. 409
XXVIII. 26. 27. 314

ROM.

I. 24. 26. 28. 29. 317 ſq.
II. 14. 15. 70
III 5. 6. 77
5. 6. 7. 8. 300 ſeq.
IV. 11. 12. 16. 80
VIII. 1. 391
IX. 15 — 21. 300 ſeqq.
22 ſeqq. 307 ſeqq.
XI. 6. 391
7 — 11. 309 ſqq.
XII. 11. 391

I. COR.

I. 20. 355
III. 3. 77
V. 7. 409
IX. 7. 8. 76
X. 28. 391
XVI. 8. 409

II. COR.

III. 9. 11. 86
X. 7. 391
XII. 23. ibid.

GALAT.

III. 5 ſqq. 68 ſqq. 79 ſqq.
IV. 3. 9. 75
7. 25. 391

PHILIP.

III. 1. 64

I. THESSAL.

II. 14. 15. 16. 344

II. THESSAL.

II. 11. 12. 318

I. JOANN.

V. 13. 391

HEBR.

III. 17. 249
VI. 3 ſeqq. 311
X. 37. 346
XI. 264

JVD.

v. 14. 60 ſq.

APOCAL.

I. 5. 6. 259
III. 7. 56
VIII. 7. 360
XI. 19. ibid.
XIII. 18. 54
XVI. 20. 21. 360
XVIII. 232
XX. 7. 8. 9. 359
10. 360

III.

III.
INDEX RERVM.

A.

Abdallæ Beidauæi Hiſtoria Chataica 28. 29
Abraham exiens Charane viuo parente ſecundum monſtroſam Annotatoris opinionem 241 ſq.
Accentuum Hebraicorum contemtor Alphonſus 44. Idem gloriatur de Annotatoris in hac re conſenſu 100. Annotatoris de illis ſomnia 101 ſq. Accentuum Hebr. doctrina repræſentationibus tabularibus declarata 104 ſeq. poſitus pendet ab ordine Idearum Logico 106. Auxilia hermeneutica ab illis petita 143. 258. 133. 331. 119. 104. 342. 344. 352. 365. Quis optime omnium de illis commentatus ſit 417
Achabus Achaſjæ non ſuperſtes 141 ſq.
Achaſjæ Judæ regnantis annus vnde numeretur vt quadrageſimus ſecundus 146 ſqq.
Achilles (Andr.) 380
Acoluthus (Andr.) 385. Pfeifferi in Arme-

 nicis

nicis diſcipulus 386. Ejus.ſingularis ſententia de lingua Armenica 386. 418

Adam, Sinenſium Fohi 30. Ejus ætas ſeptupla, ætas Mundi 60

Aegyptiorum annus Nabonaſſareus 399. Rex Anchunius 416. Aegyptiaca & Armenica lingua ejusdem originis ſecundum Andr. Acoluthum 386. 418

Aequinoctiorum deductio ex numero annorum Mundi 19. 20. 358. 423 ſqq. Aequinoctio proximum plenilunium character natalium CHRISTI 355 ſqq.

Ahaſuerus Eſteræ maritus non pater Darii Medi ſed Cambyſes 192. 203. 206. Sub illo Judæi non pro captiuis habiti 197. Ahaſuerus Pater Darii Medi, Xenophonti Aſtyages, Herodoto Cyaxares 200. Ahaſueri nomen continetur nomine Cyaxares 200 ſqq.

Alexander M. Babylonem occupatam non vaſtauit 226. 227 ſq.

Alphonſi Berolinenſis ars conuerſandi & ratiocinandi 14. 15. Ejus quisquiliæ 28. Cappelliſmus 38 ſqq. Idem Accentuum Hebr. hoſtis

hoſtis 44. præfert Verſionem *τῶν ὁ* fonti Hebræo ibid. improbat vſum vocabulorum *putare*, *credere* 97

Ambiguitatem quinam Scripturæ S. tribuant 95. non afferunt varii vocis ſignificatus 123

Anchunius, Pharao ſub quo Moſes natus 416

Anni Eccleſiaſtici initium in populo DEI etiam initium fuit annorum Regum 164. Patriarchalis conſtitutio ex hiſtoria Diluvii inueſtigata 398 ſqq. Annorum medivm Habak III. quid 353. ſacrificium i. e. ſacrificium Jubilæum 286. Anni mortis CHRISTI & obſidionis Hieroſol. vltimæ Gen. XLIX. obuii 333

Anni Solaris quantitas 17. 19. 423

Annotatoris ad Hypotypoſin errores varii Theologici 62 ſeqq. 92 ſq. ars turbandi, eneruandi & peruertendi omnia 86. Idem ambiguitatem Scripturæ S. tribuit 95. Cappello fauet 96. 100. 252 ſq. Accentus Codicis Hebræi proculcat 99 ſeqq. Scripturæ S. vitia ſermonis aſpergere conatur 131. Facta ab eo diſpoſitio annorum Regum in Scripturam S. valde injurioſa 152 ſeqq. Sua ille perhibet probata ſolo ſuo

ſine ratione diſſenſu 240 ſeq. plerisque hoſtium Scripturæ S. vtitur armis 252. Scriptura S. ab ipſo Polepſium cuniculis oppugnata 131. 265 ſq. Ejusdem Annotatoris artes Sophiſticæ 108 ſq. opiniones variæ admodum monſtroſæ 239. contumelioſa in Simſonem commenta 263 ſq. portentoſa de diebus typicis Ezechielis opinio 373 ſqq. Sub hac opinione latens violatio dignitatis Scripturæ S. & ſatisfactionis CHRISTI 375 ſq.

אנשים (τῶν) qualis ætas 271. 294 ſq.

Antiptoſis, Figura abſurdiſſima 257

Apocalyptica Sigilla quid portendant, & an ſub Epiſtolis lateat aliquid typici 56

Ararat mons in Armenia 392 ſqq. altior Caucaſo 403

Arbaces Rex Aſſyr. Hoſeæ Jareb 340

Argonautarum expeditio 282

Armenia arcæ Noachi reliquias ſeruans 392 ſqq. Armeniorum epocha ab arcæ Noachi quiete ducta 395 ſqq. Enormis corruptio, quæ illorum libris Maſſiliæ obtigit 390. Armenicum N. T. & quantum ipſius pretium 380 ſq. Verſionis Bibl. vſus 392.

Chri-

Chriſtiana Religio quando ab Armenis recepta 396 ſq. Armenorum Patriarcha Jacobus Chorofteus 380. 388. Archiepiſcopus Shamiram 383. Epiſcopus Vſcam Dyuſchutanus 380. 388 ſq. Armenos Laicos etiam Rom. Eccleſiæ conſentientes retinere communionem ſub vtraque 383. Armenica & Aegyptiaca lingua ejusdem originis ſecundum Andr. Acoluthum 386. 418
Aſæ decennium quietum 134 ſqq.
Aſſyrii imploratio ab Achaſo num per ſe DEO diſplicuerit 323 ſq. Aſſyriorum Reges ante Ninum 412
Aſtronomicarum Tabularum imperfecta fides 17
את idem nonnunquam quod *præ*, *præter*, *ſecundum* 343
Auguſtana Confeſſio annos Liphrat katon numerans 49. adumbrata reti Joh. XXI. 56 ſq.

B.

ב loco *vſque ad* 116
Babylon vrbs quomodo a Cyro capta 222 ſeqq. Veteris excidium 225. ab Alexandro

dro M. occupatæ annus a Jeremia prædictus 226. Nec ſub Dario Medo, nec ſub Cyro, nec ſub Alexandro M. vaſtationem experta 227. deleta a Demetrio Poliorcete 228. Noua in vicinia veteris deletæ condita 232. Ab anno deletæ Babylonis exurgens Aera Contractuum 232
Babylonia Dario Medo acquiſita 217. In Babyloniam migratio Judæorum poſtrema 234
Babylonica captiuitas cum Jojakimo abductorum eodem adhuc anno euanuit 189. Captiuitatis ſub Jechanja Hiſtoria 159 ſqq. Quot hominum fuerit 162. Fuit omnium maxima, nullamque præcedentem continuans 187 ſq. Ejus initium incidiſſe in initium anni Eccleſiaſtici 162 ſqq. Captiuitatis Bab. anni LXX. ab hac captiuitate numerandi & numerati 183 ſqq. 186. 187. 191. Reditus abductorum nec vniuerſalis, nec vnius temporis 198
Babylonicorum Regum ſeriem Beroſianam eſſe ſuppoſititiam. 185 ſq.
Baëſæ duo 1. Reg. XV. 135 ſqq.

Bauer

Bauer (Chriſtian Fried.) laudatus 417
Beda ſententia de loco 1. Reg. VI, 1. 44
Belſchaaſſari, Regis Bab. mores & regiminis anni 221 ſqq.
בן שנה non ſignificat filium Jubilæi 122. שנה in hac phraſi ſemper denotat annum primum mundi 123
Beroſi figmenta 186
Bethlehemiticorum puerorum cædes Jeſ. XXX. prædicta 353 ſq.
Beuerlejus, Anglus 51. 52
Bibliotheca Gallorum Germanica maledictis in Lutheranos haud denegans locum 10
Buddei (Joan. Franc.) ſententia de initio annorum LXX. Capt. Bab. refutata 183 ſeqq. Annotatoris is fuit laudator 374
Buntingius notatus 227
Butyri & mellis pretium tempore Achaſi 335

C.

Cain, Sinenſium Xinnum 31. 32
Caluini mores & mortis genus 10. Ejusdem dogmata deteſtanda 11. 12.
Caluiniani nomen Caluinianis inuiſum 8. 9. Familiaris ipſis ſpiritus perſecutionis 10. Dif-

Differentia in illis 13. 14. Regnans apud illos Chiliaſmus 55. Spes de inſigni quadam illorum conuerſione 55 ſeqq. *Calviniani* Berolinenſis *anonymi* in Chronol. n. machinatio 50 ſqq.
Cambyſis anni 193. Verus is Eſteræ maritus 195 ſqq. Quantum ei regnum 205
Cananæorum πώρωσις 312 ſq.
Cappellicus veræ Chronologiæ contemtus 38 ſqq. 252
Captiuitas ſignificans ſeruitutem ſub Cuſane Riſathaim 240 ſq. 273
Carpzouius (Joh. Gottlob) laudatus 253
Chaldæi ſub Cyro militantes gens libera 208. Chaldæis Romani comparati 342. 344
Chamus, Sinenſium Hoamty 37
Chilias in numeris epochæ more gentium Aſiaticarum omiſſa 412
Chiliaſmus in Eccleſia Reformata regnans 55
חרר vox cognata nomini Herodis 340
CHRISTI nati characteres Prophetici 336 ſq. reditus ex Aegypto Jeſ. VII. ſignificatus 337. annus, anni pars & dies illius reditus Jeſ. XXX. prædicta 359 ſeqq. Vterque

que aduentus & prioris characteres in libro Habakuk 345 ſqq. Natalis poſt medivm millenarii, ſecundum Habak. 353. CHRISTVS natus inſtante Paſchatis feſto, ejusque die primo in Templo oblatus 357. non natus anno V. C. DCC L. 375. De aduentu poſteriori vaticinium Jeſ. XXX. 359 ſq. CHRISTI ſatisfactio latenter impugnata 377. emortualis quotus Tiberii annus 414

Chronologicorum laborum contemtus iniquiſſimus 2. Chronologiæ veræ contemtus Cappellicus 38 ſqq. reliquiæ in Armenia 378. 392

Chronologia noſtra nititur argumentis longe plurimis, quamuis ſigillatim inæqualis ponderis 107. Illius firmitas & præſtantia 361 ſq. 379. Anonymi Berolinenſis in eam machinatio 50 ſeqq. Roſarium Pontif. non paginæ tituli in ea deſtinatum 54. Chronologiæ noſtræ veritatem confirmans eclipſis Solis tempore Cyaxaris 210 ſeqq. Imo omnium ſeculorum Luna & Sol 422 ſqq. Nonnulla in illius elabora-

ratio-

ratione emendanda 19. 176. 218 ſq. 334. 405 ſqq.
Chronologiæ hujus denuo illuſtratæ argumenta præcipua 4. 5.
Chronologia Rambamia 62. Ejus fundamenta generalia 113 ſqq.
חזק quomodo vertendum 299. 304. 308 ſq.
Clemens Alexandrinus confundens Elonem cum Eli 281
Cluniacenſium Monachorum vſus ſumendi Communionem ſub vtraque 383
Colinæi (Sim.) editio N. T. Græci, Pariſinarum prima 255
Coloſſus aureus Nebucadnezaris qualis & quantus 190
Communionem ſub vtraque defendit Lud. Picques, Doctor Sorbonicus 383 ſq.
Contractuum æræ nomen cur impoſitum epochæ Seleucidarum 232
Conuerſio Caluinianorum inſignis adhuc ſperanda 55 ſqq.
Crœſus quo anno a Cyro captus 222
Cyaxares idem quod illuſtris Ahaſuerus 200. Darii Medi pater falſo maritus Eſteræ pronun-

nunciatus 203. 206. Illius potentia minime ad hujus potentiam comparanda 204. Vbi exſtinctus 207. Illius pugnam cum Lydis dirimens Eclipſis Solis 210. prælivm cum Lydis idem quod cum Regis Aſſyr. filio commiſſum 211 ſq. mors 214

Cyrillus Alexandrinus teſtis veritatis Chronol. 287

Cyri nomen Kores conſtare ex Key & Ores, & cur Cyrus ita vocatus 202. Ad primum ejus annum a primo Nebucadnezaris quot anni 185. Primus Monarchiæ 374 ſq. Cyri paruæ primum vires poſt ſubactos Babylonios nimium quantum adauctæ 204 ſq. Ejus res tempore captiuitatis Babylonicæ 209. Cyri natalis æque ac emortualis ex Eclipſi Solis tempore Cyaxaris apparens 212 ſq. Ejus prælium cum Euilmerodacho prius 212. & poſterius 220. Regnum Babyloniæ non ſibi ſed Dario Medo acquiſiuit 217. Cyri regnum ante Monarchiam non fuit proprie dictum, ſed conſtitit in imperio ſupremo bellico 218. Belli poſt mortem Euilmerodachi ab illo contra Babylonios per plures annos continuati deſcriptio 221 ſqq. Cyrus Croeſum prælio vincit 222

D.

Danaus ſub Amoſe expulſus Aegypto 276

Darius Medus Xenophonti Cyaxares, Herodoto

doto Aſtyages 200. Ei Cyrus regnum Babyloniæ acquiſiuit 217

Dauidi maledicta futura prænunciata ejusque rei conſcius Simei 315 ſq. Incitatus ille ab optimatibus Iſraëliticis ad numerandum populum 317

Demetrius Poliorcetes, Juuenis ad delendam Babylonem excitandus 228 ſqq.

DEO nuſquam in Sacris Literis adſcripta hominum peccata 293. Peccata DEVS non tam permittit quam patitur 298. Ejus beneuolentia quanta ergaPharaonem 304. 308

Diluuii Ephemeris 401 ſqq. aquarum deſcenſus cur initio tardiſſimus & poſtea velociſſimus 404

Diluuium Ogygium & Deucalionis 275

Dracontici menſis quantitas 423

Duriuſcula excuſatius paſſim immiſta 7. 13

E.

Eclipſis Solis a Thalete prædicta Chronologiæ noſtræ veritatem confirmans 210 ſq. Eadem Cyri natalem æque ac emortualem commonſtrans 212 ſq. Eclipſes, quarum in priſcis Sinarum libris mentio, calculo noſtro comprobatæ 424 ſqq.

Εἰς Præpoſitio ſæpe idem quod *ob* vel ἐν 317

Elers (Joh.) laudatus 57

Eli Sacerdotis tempore captum Ilium 285. Ejus filios ſerius vxores duxiſſe 296

Ellipſes quales in Scriptura S. 259. Ambigui-

guitatem inferentibus Spiritus S. non vtitur 121
Enallagæ ex Scriptura S. exterminatæ 257
Epactæ anni Aegyptiaci & Patriarchalis 400
Ephæ partes, anni firmatæ doctrinæ Jud. impiæ ſymbolum 238
Ephebi quinam 215
Epocha annis ipſius non expreſſe addita, vbi ea ſatis manifeſta 413. Epochæ numeros minores Judæi vt partes labentis millenarii numerant 48. Mundi noſtra Aequinoctiorum & Neomeniarum index 19. 20. item Eclipſium 422 ſqq. Seleucidarum cur æra Contractuum dicta 232. Duplex hujus epochæ ratio 233. 407. 410. 411. 414. Promiſſionis Abrahamo factæ in Sacris Literis non quærenda 110 ſq. Regni translati in familiam Amri 140. A percuſſione Vrbis Hieroſol. ducta 181. Annorum LXX. Captiuitatis Bab. vſum eſſe Ezechielem 186 ſq. Exitus ex Aegypto annus XIIX. apud ó Dan. III. 190. Armeniorum a quiete arcæ Noachi ducta 395. Virorum doctiſſimorum in origine hujus epochæ errores 396 ſq.
Eua, Sinenſium Niukua 31
Euangelium Veteris Teſt. præcipuum 74 ſq.
Euilmerodachi, Nebucadnezaris filii, prælium prius cum Cyro 211 ſq. Idem poſt patris mortem Medos cogitat facere imbecillos 214. Annus, qui ipſi regni primus,

mus, ætatis Cyri XXVIII. 215. Bellum cum Medis poſt plures demum annos erupit 216. Regis hujus exitus & elogivm 220
Excelſorum differentia 364. Cultum in illis arbitrarium reuera fuiſſe idololatriam 367. Cur aliquando toleratus 370
Exitus ex Aegypto tempore Iſraëlitæ electi & exaltati 251 ſq.
Ezechiel non niſi illius captiuitatis epocha vſus, quæ fuit LXX. annorum 186 ſq. Ezechielis os apertum ad plangendam Hieroſolymæ percuſſionem 180. Ezechielis dies 430. menſura annorum a Templo condito vſque ad obſidionem Vrbis 363. 372

F.

Fames horrenda Hieroſolymam a Chaldæis obſeſſam affligens 174 ſq.
Fidei ſalutiferæ quatenus tribuenda miracula 264 ſq.
Figuli prudentia DEO non abjudicanda 306
Finis XL. annorum lepida in annum XLIX. transfiguratio 97 ſqq.
Fœdus in V. T. typicum non confundendum cum Oeconomia fœderis Euangelici 73 ſq.

G.

Gemara Babylonica quo anno obſignata 238
Gibeon pars Schiluntis 365. Gibeoniticum Ex-

Excelſum locus olim legitimus cultus Divini vniuerſalis 364
Glaſſius excuſatus 132. 260
Gramen viride in hyeme prope fluuios quærens Annotator 246
Grammatici Jeſ. XXXIII. notati 355

H.

Habakuk totus fere explicatus 341 ſqq. vixit poſt captiuitatem Babylonicam 343
Haythoni Armenii Hiſtoria Orientalis 393 ſq.
ה paragogici natura 274
Hebræorum veterum cum Chronologia noſtra conſenſus 193 ſq. 292. 321
Helena rapta 283
Henoch, typus Eccleſiæ ætatis ſeptimæ Adami 61
Herodes non ortu Judæus 329 ſqq. Ejus mors character CHRISTI nuperrime nati, & maturandi reditus CHRISTI ex Aegypto 337. Herodis res in libro Habakuk 338. Illius mors filiorumque fortuna Jeſ. XXX. prædicta 354
Herodotum qua annos Cambyſis in mendo cubare 193. In rebus Cyri hic Hiſtoricus Xenophonti poſtferendus 200
Hieroſolymæ obſeſſiones regnante Zedekia duæ 158. percuſſio cum expugnatione confuſa 166. obſidio prior anno Zedekiæ octauo qualis 169 ſq. Hieroſolyma per totum annum Sabbathicum ab obſidione

Chaldæorum libera 172 ſq. 373 ſq. Obſidio poſterior omnium calamitoſiſſima 173 ſqq. Diſtinguenda præparatio ab obſidione ſtricte dicta 175 ſq. Inter expugnationem & aduentum Nebuſaradanis ad vrbem deuaſtandam totum annum interfuiſſe 177 ſq. Percuſſionem non fuiſſe opus paucorum dierum 179. Hieroſolymæ excidium vltimum & annorum vſque ad illud numerus Ieſ. XXIX. prædicta 312. Idem excidium Habak. I. & II. prædictum 344. 348 ſq. Templi incenſi & Vrbis captæ dies 410
HieroſolymitanumChroniconReineccii393ſq.
Hiſtoriographi Ieſ. XXXIII. notati 355
Homiletica Theologia vetus immerito accuſata 65

I.

Iacobus morte ſua extollens filios ſecundum monſtroſamAnnotatoris opinionem245ſqq.
Iaëlis iudicatus 277
Iahir, vox cognata nomini Herodis 339
Iareb Rex Aſſyr. i. e. Arbaces 340
Idearum ordo varius fundamentum præcipuum Hebræorum Accentuum 106. Idea generalis confuſa cum ejus determinatione 34. 150
Idololatria Herodis 350 ſq. tempore Templi 361. Idololatriam committi, cum verus quidem DEVS colitur, ſed non ſecundum

dum Verbum ſuum 368. Judæ reliquis tribubus magno fuiſſe offendiculo 371
Jdumæi inde a deſtructo Templo Garizim in Judæis habiti 330
Jechanjæ & cum ipſo abductorum captiuitas. Vid. ſub B. *Babylonica captiuitas.*
Jephthæ Chronologia 263
ימים, vox indicans annos epochæ finitos 280. 282 ſq.
Jmmanuelis naſcendi ſigna 320
Jmperatiui pro Futuris emphaticis 313.316
Jmperatoris titulus in numis aliisque monumentis Romanorum antiquis 408
Jojakimi & cum ipſo abductorum captiuitas eodem adhuc anno euanuit 189
Jorami Regis annus emortualis 145
Joſephus cur Beroſiana adoptauerit 186. teſtis veritatis Chronol. n. 283. 288. 289. quomodo Græcorum menſibus vtatur 410
Joſuæ vlt. annus ſecundum alios alius 270ſqq.
Jſraëlitarum electio & exaltatio tempori exitus ex Aegypto vindicata 251 ſq. commorationis in Aegypto tempus 258
Jubilæus annus natalem Samuelis excipiens 286. poſt junctam Dauidi Michalem 290. Jubilæa ſacrificia 286. 290. Jubilæi epocha ab Annotatore miſere corrupta 119 ſqq.
Judæ vxorem ducentis ætas ſecundum monſtroſam Annotatoris opinionem 242 ſq. poſteris poſt aduentum CHRISTI imperium non ſtatim abrogandum 329 ſqq.

Judæ Sariphæi elogium & martyrium ſub Herode 351
Judæorum doctrina impia repræſentata vt mulier in Epham conjecta 236
Judicum Chronologia Paulina 239. anni vnde & quomodo a Paulo numerati 250. nomine nec Moſen, nec Joſuam, nec Reges comprehendi 248. annis intermiſti anni defectionis quibus nitantur fundamentis 261. Chronologiæ redintegratæ ſpecimen 262. 268
Julius Africanus teſtis veritatis Chronol. n. 268. 285
Julius Hilarion teſtis veritatis Chronol. n. 288
Juuencus anni ſecundi ſeptem annorum a Gideone oblatus 278 ſq.

K.

Kahathus temere duplicatus 137 ſq.
Kedor Laomor in monumentis Perſicis Kejomaras 201
Key, Titulus honorificus cum nominibus Regum Perſiæ conglutinatus 200 ſq.

L.

ל loco Præpoſitionum *a*, *ex*, *poſt* 116. in למלכית nota termini a quo 133. in לצאת 1. Reg VI, 1. idem ac *quod attinet ad* 112
Lamech, Sinenſium Limquei 31. 36
Lampii (Frid. Ad.) Rudimenta Theol. in Lutheranos perquam injurioſa 8. 9.

Le-

Leges Diuinæ vim obligandi non a conſenſu Moſis acceperunt 72 ſqq. Ceremoniales & Forenſes pars Legis Moralis temporaria ac particularis, ſed & inuolucrum Euangelii 73. Legis Moralis a Lege Naturali differentia, & num illa nota ſit naturaliter 69 ſqq. Moralis non dependet a Regno Theocratico 71 ſqq. Legum Diuinarum forenſium peritia non caruit Simſon 264

Liphrat Katon factæ temporum notationes. Vid. ſub T. *Temporum notationes.*

Ludolfi (Jobi) Epiſtola ad B. Pfeifferum 386

Lunæ lux vt lux Solis tempore plenilunii Aequinoctio proximi 355

Lutherus de impugnatione numeri Act. XIII, 20. excuſatus 40 ſqq.

M.

Magorum Matth. II. diſcipuli Sophiſtæ dicti, eorumque martyrium 351

Malum naturale nullum, quatenus effectus mali moralis phyſicus, a DEO 298

Mardochæus apud Aeſchylum Μάρδος 195

Matthiæ Margalothi elogium & martyrium ſub Herode 351

Media ob copiam & nobilitatem equorum celebrata 203

Megillæ, libri vetuſtiſſimi, teſtimonia de Ahaſuero Eſteræ marito 194

Μεθιστάναι quid in primis ſignificet 296

Menſes in Libris Jeremiæ, Ezech. Regum ac

ac Chron. eſſe anni Eccleſiaſtici 164. in Hiſtoria Diluuii non eſſe Lunares 399. Menſibus Græcorum quomodo vtatur Joſephus 410. Menſis Synodici, Periodici & Draconlici quantitas media 19. 423

Menzelio (Chriſtian.) quanta facta ſit injuria 29. 30. Ejus filius 386

Μεσίτης quis 83

Miracula ſæpe effectus fidei ſalutiferæ 264ſq.

Moſis conſenſum ad Leges Diuinas nihil vnquam contuliſſe 72 ſqq.

Mulleri (Andr.) de Sinarum rebus Commentatio Alphabetica 28

Mulus, nomen Cyri 202

Mundi conditi anni in Scriptura S. 110 ſeqq. 273 ſq. 278. 282. 288. 312. 320. 321. 353. 355 ſqq. annus in numo Seleuci Nicatoris 46. vltimus ſecundum typum Henochi 60 ſq. Mundi finis poſt medium millenarii, ſecundum Habak. 353

N.

נערים (τῶν) atque אנשים differentia 294ſq.

Nebucadnezaris Coloſſus aureus monumentum regni feliciter initi 190. Illius vaticinium de Cyro, mulo Perſico 202. Illi Chaldæa a Medis non erepta 208

Nebuſaradanis aduentus ad Hieroſolymam deuaſtandam 179

Neomeniarum deductio ex numero annorum Mundi 19. 20. 358. 424 ſqq.

Nico-

Nicolaus Damaſcenus, aſſentator filii Herodis 331
Noachus, Sinenſium Ty-Yu 36. 37. Noachi arca ad dimidiam partem aquæ immerſa 401, natalis 411. Arcæ in Armenia reliquiæ 392 ſq.
Numeri Scripturæ S. peſſime in corruptionis ſuſpicionem vocati 39
Nun paragogici natura 274

O.

Obſidiones Hieroſolymæ. Vid. ſub H. *Hieroſolymæ obſidiones.*
Occultatio Veritatum Euangelicarum & imminentis pœnæ, non repugnans beneuolentiæ Diuinæ vniuerſali 311
Ochy, Aegyptiorum Rex, qui in mari rubro periit 416
Ὀρεύς ſ. mulus cur vocatus Cyrus 202
Othoniel Senioribus non annumerandus 262

P.

Pædagogi quales olim 85
Panthea, vxor Regis Suſorum, Cyri captiua 207
Parabolarum CHRISTI extenuatio 86 ſq. de Judice & Oeconomo iniquo & de Operariis in vinea explicatio 88 ſqq.
παραδίδωμι ſæpe ſignificat tradere ad ſupplicium 317
Paſcha anni emortualis CHRISTI 22 ſq. nati CHRISTI 357 ſq.
Paulus Apoſtolus quomodo Rom. IX. ad aduerſarii diſputationem reſpondeat 307 ſeqq.
Peccata DEO in Scriptura S. nuſquam adſcripta 293
Perſia aſinis abundans 202
Pfeifferi (D. Aug.) elogium 380. ſcripta nonnulla 382 ſq. Nouum Teſt. quod poſſedit, Armenum 380. Ad eum epiſtola Lud. Picques 382. & Jobi Ludolfi 386
Pharao & Aegyptii a DEO ſeruati, non indurati 304. 308
Phariſaiſmi in Judæa regnantis ſymbolum, volumen volans 235 ſq.
Philaſtrius, teſtis veritatis Chronol. n. 287
Phraſis καὶ ἄνθρωπον λέγω quid Paulo 76 ſq.
שאת עון 143. וימלך תחתיו 363

Φεῦ-

Φϑερεῖν & συγκλείειν ſequente εἰς quid ſignificent 85
Picques (Lud.) Doctoris Sorb. Judicium de Verſione Bibl. Armena 381. 387. Illius epiſtola ad B. Pfeifferum 382. Improbata ab illo remotio Laicorum a calice Eucharistico 383
Pietiſmi cardo 92
Platonici Ieſ. XXXIII. notati 355
Pontificiorum Communio ſub vna impugnata a Lud. Picques Doct. Sorbonico 384
Probabilitas κατ᾽ ἄνϑρωπον 149
Proinde, Particula nouo prorſus ſignificatu donata 96 ſq.
Prolepſium cuniculis oppugnata Scriptura S. 131. 265 ſq.
Prouerbia Judaica ex dictis Scripturæ S. claſſicis impie ficta 87. 91 ſq.
Pſalmi Alphabetici cur hanc acceperint ſtructuram 226
Πώρωσις qualis Rom. XI. & Ieſ. XXIX. intelligatur 309 ſqq quid complectatur 310 ſq. Cananæorum qualis 312 ſq.

Q.

Quietiſtarum amor purus Annotatori probatus 67

R.

Rabbi Judæ ſancti diſcipuli duo primarii portantes Epham Zach V. 237
Ramoth in Gilead 147
Raphelius (Georg.) laudatus 85
Regularum de voce שבת probationes potentiſſimæ 115 ſqq. 163. 176. 177
Regum tempora ab Annotatore perturbata 152 ſqq.
Reineccii (Reineri) Chronicon Hieroſolymitanum 393 ſq.
Reſurrectio mortuorum Habak. III. deſcripta 352
Riccius (Matthæus) laudatus 35
Riuini (Aug. Quir.) diſſenſus ab Annotatore in annis Auguſti 375
Romæ ruina prædicta Habak. III. 352. Romani Chaldæis comparati 342. 344. Romanæ Monarchiæ initium 52
Roſarium Pontificiorum non paginæ tituli in Chronol. n. S. deſtinatum 54

Ry-

Rycautus (Paulus) notatus 396

S.

Sabbathicus annus in notatione temporum Jorami 145. non opportunus ad bellum mouendum 146. Hoc anno ſerui Hebræi manumittendi 171. & cur hoc, non alio anno 172. Manumiſſi retracti, ibid. Sabbathicus ante primum Deboræ 178. Sabbathica Sacra tempore Diluuii 398 ſq. 400 ſqq.

Sacerdotalis amor CHRISTI 57 ſq.

Sacramentorum eſſentialia non ſupplet intentio 384

Salomonis vxor Naama proſelyta 371

Samariæ ſecundum nuperum Syriæ exemplum derelictio a præſentia Regis, character CHRISTI nati 335 ſqq. Samaritani veritatis Chronol. n. teſtes 269

Samuel natus anno quinquageſimo 258 ſq. Illius emortualis 291

Sauli duplex regni initium vno eodemque anno comprehendi 126 ſeqq. Sauli vltimus 291 ſqq. αὐτοχειρίας DEVM in Scriptura S. non conſtitui cauſam 296 ſqq.

Scaligeri (Ioſeph.) querela de laborum Chronologicorum contemtu 1. 2

Sceptrum a Juda quomodo & quando auferendum 329 ſqq.

Schilo pars Sichemi 366. mons altiſſimus 367

Schiloh, nomen annum mortis CHRISTI repræſentans 333

Schluſſelburgius (Conr.) de Caluini moribus & mortis genere 11

שנת vox Regulis earumque probationibus potentiſſimis declarata 115 ſqq. 176. 177

Scripturæ Sacræ numeri peſſime in corruptionis ſuſpicionem vocati 39. Codicem Hebræum per Judæos Tiberienſes immutatum eſſe poſt alios fingit Alphonſus 40. 44. Textus interpretatio dextra quantum ædificet 63. dicendi genus omnium longe præſtantiſſimum 64 phraſium & dictorum coaceruatio non improbanda 63 ſq. dicta in prouerbia Judaica impie transformata 87. 91 ſq. Impacta ei ambiguitas 95. Scriptura S. proleptium cuniculis oppugnata 131. 265 ſq. Valde injurioſa in

eam

eam diſpoſitio annorum Vſiæ, Menachemi, Jothami, Achaſi, Hiſkiæ, Nebucadnezaris 152 ſqq. Ad euertendam ejus authoritatem Beroſi figmenta 186. Scripturæ S. Verſiones quam caute cum fonte comparandæ ſint 253. variæ lectiones quam caute diſcernendæ, ibid. codicum, quorum diſcrepantes lectiones Chronologiæ S. obiecit Annotator, examen 254 ſqq. codices & Verſiones plures ex Vulgata deprauationem traxerunt 255 ſqq. Scriptura S. Enallagarum expers 257. Denegatus quoque Ellipſibus obſcurantibus in ea locus 259. Nuſquam illa DEO adſcribit hominum peccata 293 Illius dicta Rom. IX. aduerſarius Pauli non profert vt in V. T. extant 302 ſqq. Textum Originalem ex Verſionibus reſtituere velle periculoſum 388. Verſio Scripturæ S. Armena a Pontificiis corrupta 390 ſqq.

Seder Olam cum Chronol. n. concordans 193 ſq. 292

Seelen (Jo. Henr. a) laudatus 45

Seleuci Nicatoris numus, exhibens annum Mundi 46

Septuaginta interpretum Verſionem Fonti Hebræo præfert Alphonſus 44

Seruitus ſub Cuſane Riſathaim 240 ſq.

Sichemi pars Schilo 366

Signum quid & quotuplex 326. Vnum idemque multiplicem nonnunquam reſpectum admittere 328. Signo ſæpe ſignatum additur quam proxime 325. Signa naſcendi Immanuelis 320

Simon (Rich.) proditor fraudis Romanenſium in corrumpendis libris Armenicis 388 ſqq.

Simſon ab Annotatoris inſultatione defenſus 263 ſq. Simſonis anni cur bis traditi 266. vulpium numerus ſymbolum annorum epochæ 282

Sinica monumenta quam præclara Hiſtoriæ S. contineant veſtigia 21. Ex illis eruta feria mortis CHRISTI 21 ſqq. Sinenſes tenebras diei emortualis CHRISTI obſeruaſſe 24 ſqq. totidem numerare mundi annos, quot Chronologia noſtra 33. Sinici libri Siao VI Hio authoritas 33. 34. Sinenſium Imperatorum familiis indita nomina vnde orta ſint, & quid ſignificent 35. 36. Sinarum priſcis libris

libris notatas Eclipſes inueſtigandi via noua 419 ſqq.
Cyclus ſexagenarius 441 ſqq.
Σκληρύνειν Rom. IX. DEO non tribui, niſi ab aduerſario Pauli 300
Sophiſtarum ſub Herode martyrium 351
Sororis paruæ conuerſio 58
Souciet (Steph.) notatus 420
Stoici Jeſ. XXXIII. notati 355
Strauchii (Aegid.) obſeruata circa EclipſinSolis tempore Cyaxaris 210
Sulpicius Seuerus non Codicem Hebræum ſed Verſionem τῶν ὁ corruptam putauit 40. teſtis veritatis Chronol. n. 291
Suſa a Cyaxare vaſtata, ſedes Cyri verna 206 ſq.
Syriæ a præſentia Regis inſtante Virginis partu derelictio cur præcedere debuerit ſimilem derelictionem Samariæ 337

T.

Talmud, domus doctrinæ Judæorum impiæ 237
Templum contemtu contaminatum 369 ſq. Illius tempore ſuccreſcens idololatria 361. 369. 370 ſq. Cur in illo conſtruendo nulla ferramenta audita 369. Templi Hieroſol. ædificationem ab Herode factam DEO non placuiſſe 340. 345. 349
Tempora extrema 59. 352. 359 ſq. Aſariæ, filii Oded, de illis prophetia 136 ſq.
Temporis notationum Liphrat Katon exempla plurima, & hujus conſuetudinis cum ratio tum origo 46 ſqq. Notationis temporum 1. Reg. VI, 1. Liphrat Katon factæ ſumma euidentia 110 ſq. Vid. etiam ſub M. *Mundi conditi anni.*
Tenebræ diei emortualis CHRISTI a Sinenſibus obſeruatæ 24 ſeqq. cum Eclipſi quadam naturali confuſæ 437
Terræ motus ſub Vſia 321
Θέλων idem nonnunquam quod ἵνα 307
Theocraticum in Judæos imperium dependens a Lege Morali, non hæc ab illo 71 ſq.
Theologia Chronologiæ Rambamiæ ſocia 62. Homiletica

vetus immerito accuſata 65
Tiberii Tribunitia poteſtas 407. Ratio diuerſa numerandorum annorum illius 414
Tribus ἄρχων ſcipione Tribunitio ornatus 331 ſq. In Tribus populi Judaici diuiſio perſtitit vſque ad excidium Hieroſol. 332
Troja capta 282. 285. Trojani regni initium 276 ſq. belli tempora 284

V.

Variæ lectionesBiblicæ quam caute diſcernendæ 253. contra Chronologiam Judicum veram fruſtra productæ 254
VerſionesBiblicæ quam caute cumFonte comparandæ ſint 253
Veteris Teſtamenti Oeconomia non confundenda cum Fœdere Typico, & parum reuerenter ab Annotatore tractata 73 ſq. Euangelium 75
Vinea contra Baal Hamon 59
Vnio myſtica ab Annotatore extenuata 92
Voſſii (Iſaaci) temeritas peſſima, & illius aduerſarii 45
Vulgata Latina cauſa deprauationis plurimorum Codicum Biblicorum 254 ſqq. Jllius loca, quæ B. Chemnitius deprauationis accuſauit, Bibliis Armenis doloſe inſerta 391

W.

WVokenius (Franc.) laudatus 257. 370. Ejus error circa tempus commorationis Iſraëlitarum in Aegypto 258. ſententia de Ahaſuero Eſteræ marito confutata 193 ſqq.
VVolfius (Joh. Chriſtoph.) laudatus 254

X.

Xenophontem infeliciter permutare nomina Aſtyages & Cyaxares 200. Magnus hujus Hiſtorici cum Scriptura S. conſenſus ibid.

Z

Zedekiæ annorum menſis primus Niſan 165. Jam anno regni ſui ſexto rebellauit ille in Nebucadnezarem 167. Scandalum, quod perjurio gentilibus dedit 168 ſq.
Zonaras, teſtis veritatis Chronol. n. 272
Zoſimus idem Monarchiæ Romanæ initium agnouit, quod nos 52

F I N I S.

a 1458942

Digitized by Google

XXXVI
C 51